

Sancti Gregorii Papæ Primi Cognomento Magni Opera

In Tres Tomos Distributa. Ex quamplurimis MSS. Codicibus emendata ;
Additæ Sunt Quædam Notæ in Dialogos & Epistolas ejusdem S. Gregorii

Gregor <I., Papst>

Lutetia Parisiorum, 1675

Super Genesim.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-75090](#)

fuerant, subsequentibusque penderent, si propter novitatem parvæ rei, rursus dicta poncentur, facerent etiam repetita fastidium proculdubio. Ne ergo expositionis, unde hæc excerpta sint, recurrens ordinem, plus in quibusdam hujus operis locis aliquid, quam in textu libri est positum minusve reperias, causa facit ratio, quam premisi. Perpendens autem, quod si utriusque testamenti in unum vellem testimonia redacta colligere, & voluminis normam excederet, & legentis desiderium impediret, in tribus hoc voluminibus Domino est cooperante dispositum: ut duo veteris, tertium novi dicta conti-

A neat. Quæ Beatitudini vestrae, non temeritatis ausu, sed amore vestri provocatus studij, quod in inquisitione divini olim fervet eloquij, sciens maximè in dictis predicti Pontificis nostri quanta noscendi vestra fit aviditas mentis, ex multis voluminibus pauca componens, studui destina-re, humili obsecrans prece, qua valeo, ut dum vobis, vel quisquis legerit, in hoc opere laboris mei cura placuerit, pro me ad Dominum intercessores esse dignentur: quatenus hoc pondere corruptionis exuto, à meorum absolutus inveniri merear vinculis peccatorum.

INCIPIUNT CAPITULA LIBRI GENESEOS.

- I** DE creato calo, quod postmodum vocavit firmamentum.
 2 Item unde supra.
 3 Facta est lux, & paulo post: factum est vespera.
 4 Protulit terra herbam virentem, & afferenrem semen juxta genus suum.
 5 Item unde supra.
 6 Item unde supra.
 7 Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram.
 8 Requievit Deus die septimo.
 9 Item unde supra.
 10 Ista sunt generationes cali, & terra quando creata sunt.
 11 Quid quatuor fluminibus de paradyso egredientibus terra rigatur.
 12 Tulit Dominus Deus hominem, & posuit eum in paradyso voluptatis, ut operaretur, & custodiret illum.
 13 Quid ex latere Adam dormientis Eva processit.
 14 Cur præcepit vobis Dominus Deus, ut non comedetis de omni ligno paradiſi?
 15 In quacunque die comedetis ex eo, appetientur oculi vestri, & eritis sicut dij.
 16 Item unde supra.
 17 Vedit mulier quid bonum esset lignum ad vescendum, & pulchrum oculis, aspectuque delectabile.
 18 De consensia Ade in acceptance pomi.
 19 Quid Adam post peccatum inobedientie pudenda contexit.
 20 Cum audisset Adam vocem Domini Dei ambulantis in paradyso ad auram post meridiem.
 21 Vocavit Adam, & dixit, ubi es?
 22 Mulier quam dedisti mihi sociam, dedit mihi de ligno: & comedit.
 23 Item unde supra.
 24 Peñore, & ventre repes.
 25 Inimicities ponam inter te, & mulierem.
 26 Maledicta terra in opere tuo.
 27 Terra es, & in terram ibis.

- 28 Collocavit ante paradysum veluti Cherubim, & flammeum gladium atque ver-satilem.
 29 Respxit Dominus ad Abel, & ad mænora ejus: ad Cain autem, et ad munera ejus non respxit.
 30 In foribus peccatum tuum aderit.
 31 Si recte offeras, recte autem non dividias, peccasti.
 32 Quid Cain primum filium Enoch vocat, aique ex ejus nomine civitatem, quam condidit, appellat.
 33 Item unde supra.
 34 Videns Deus, quid multa malitia hominum esset in terra, penituit cum quid hominem fecisset.
 35 De arca diluvij quid ampla in inferioribus, angusta in superioribus fuit.
 36 Item unde supra.
 37 Sensus, et cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescencia sua.
 38 Crescite, et multiplicamini, et replete terram.
 39 Arcum meum ponam in nubibus.
 40 De Noë ebrietate.
 41 Maledictus Chanaam puer, servus erit fratribus suorum.
 42 Venite descendamus, & confundamus ibi linguas eorum.
 43 De Abraham quid cum ad occasum solis sacrificium offerret, insistentes aves expellit.
 44 Quid Abraham tribus viiss Angelis extra ostium occurrit, Sara vero post ostium substituit.
 45 De tribus viris Sodomam pergentibus.
 46 Clamor Sodomorum, & Gomorreorum multiplicatus est.
 47 Loquar ad Dominum meum cum sim pulvis & cinis.
 48 Vim faciebant Loth vehementissime.
 49 Loth ardenter Sodomam fugiens, sed tantum Segor veniens, nequaquam mox montana concendit.
 50 Dominus pluit super Sodomam sulfur & ignem.

- 51 De Abraham conjugi in sepulcro duplicitate sepulta.
 52 Puer ad Rebeccam in Isaac conjugio mittitur.
 53 Pone manum tuam subter fænum meum, ut adjurem te per Deum cali.
 54 Deprecatus est Isaac Dominum pro uxore sua, eo quod esset sterilis, qui exaudiuit eum.
 55 Factus est Esau vir gnarus venandi, & agricultor.
 56 De Esau quid ob lenticulam vendidit primogenita.
 57 De Isaac qui apud alienigenam gentem puteos fodit.
 58 Item unde supra.
 59 De benedictionibus Jacob, & Esau.
 60 De Isaac quid caligantibus oculis filium nesciens benedit.
 61 Egressus Jacob de Bersabee pergebat Harram.
 62 Item unde supra.
 63 De Lia, & Rachel.
 64 De virginis Jacob in canalibus positis.
 65 De Laban, qui persequens cum furore

- Iacob, sua apud eum idola requirit.
 66 De luctatione Iacob cum Angelo.
 67 Item unde supra.
 68 Vidi Dominum facie ad faciem, et salva facta est anima mea.
 69 Egressa est Dina ut videret mulieres regionis illius.
 70 De talari tunica Joseph.
 71 Ecce somnior noster venit, venite occidamus eum.
 72 Ecce Dominus meus, mihi omnibus traditis, ignorat quod habet in domo sua.
 73 De Joseph, qui relicto in manu domine pallio, fugit.
 74 Intravit Iacob in Aegyptum cum animalibus.
 75 Quid Aegypti propter urgentem famem sepe Pharaoni in famulos vendiderunt.
 76 Isachar asinus fortis accubans inter terminos.
 77 Fiet Dan coluber in via, cerasies in semita.
 78 Item unde supra.
 79 Benjamin lupus rapax mane comedit pradam, et vespere dividet spolia.

INCIPIT EXPOSITIO SUPER LIBROS GENESIS, EXODI,
 Levitici, Numeri, Deuteronomij, Judicium ac Regum,
 & super Psalmos.

CAPUT I.

Gen. 1, 2
In exp. ne beatis Job
1,27. c. 24.

De creato calo, quod postmodum vocavit firmamentum.

VIR TUTES Angelica, quæ in divino amore fixa persistere, lapis superbientibus angelis, hoc in munere retributionis accepere: ut nulla jam rubigine surripientis culpa mordeantur, ut in contemplatione conditoris sine felicitatis fine permaneant, & in hoc quod sunt condita, æternæ stabilitate persubstant. Quod bene apud Moysem ipsa de mundi origine historia verba testantur, cum & prius factum celum dicitur, & hoc idem postmodum firmamentum vocatur: quia videlicet natura angelica, & prius subtilis est in superioribus condita, & post, ne umquam potuisse cadere, mirabiliter confirmata.

CAPUT II.

Item unde supra.

In comp. Ezechielis.
Tales creati sunt angeli, ut si vellent, in beatitudinis luce persistenter si autem nollent, etiam labi potuerint. Unde & Satan cum sequacibus legionibus cecidit: sed post eius lapsum ita confirmati sunt angeli qui persistente, ut cadere omnino non possent. Quod bene in ipso exordio Genesios libri ex historica descriptione signatum est: quia creavit Deus celum, & terram, quos postmodum vocavit firmamentum. Cui ergo fuerit iij, qui prius bene sunt conditi: sed postmodum firmamentum appellati sunt, quia ne omnino jam caderent, virtutem incommutabilitatis accepere.

S. Greg. Tom. III.

A

CAPUT III.

Facta lux, & paulo post: Factum est vespere. Gen. 1, 5

Nequaquam sic in hac vita per exercitatio- De electio- nem justitiae peccatum deseritur, ut in ea- rum tenta- dem justitia inconcussè maneat: quia & si jam à cordis habitaculo culpam rectitudini eliminat, *In exp. B.* *tob. 1, 8. c. 6.* ipsa tamen culpa quæ repellitur cogitationis no- stræ foribus astidens, ut sibi aperiatur, pulsat. Quod Moyse spiritualiter innuit cum facta corporaliter temporum momenta narravit, dicens: *Factum est lux;* atque paulo post subjiciens, *Factum est vesper-* re. Creator quippe omnium humanæ culpa pre- scius tunc exprimit in tempore, quod nunc versatur in mente. Lux quippe ad vesperam ducitur: quia nimis lumen rectitudinis umbra sequitur tentationis. Sed quia electorum lux tentatione non extinguitur, nequaquam nox, sed vespere facta per- habetur: quia tentatio saepe in corde rectorum lu- men justitiae abscondit, sed non intermit: & quasi ad pallorem trepidationis pertrahit, sed funditus non extinguit.

CAPUT IV.

Protulit terra herbam virentem, & affe-
rentem semen juxta genus suum, lignum-
que faciens fructum, & habens unum-
quodque semen secundum speciem suā. *Gen. 1, 12*

Hoc quod testatur historia sic est veraciter factū: De virtuti- hut significaret aliquid veraciter faciendum. Per bus Eccle- terræ quippe figuratur Ecclesia, quæ & verbi nos pa- fice. *In exp. B. tob. 1, 19.* bulo reficit, & patrocinij umbraculo custodit, quæ & c. 12. ante loquendo pascit & opitulando protegit: ut non so- med. lüm herbam reflectionis proferat, sed etiam cum fru-

K K ij

Et uerois arborem protectionis adhibeat.

CAPUT V.

Item unde supra: *Lignumque faciens fructū.*

De dilectione operis. **L**ignum secundum suam speciem semen producit, sicut mens nostra ex sui consideratione se in aximis. In lum colligit, ut recti operis germen pariat. Hinc exp. B. Tob. 1.6. c. 16. quidam sapiens dixit: *Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris.* Hinc in evangelio Dominus dicit: *Quapropter meditare cumque vultus ut faciant vobis homines, & vos eadem Tob. 4. c. 16. facite illis.* Ac si aperte diceret: Speciem vestram in alterutrum respicite, atque ex vobis metis agnoscite, quid vos oporteat aliis exhibere.

CAPUT VI.

Item unde supra: *Protulit terra herbam virentem.*

De Ecclesiastice operacionibus. **Q**uid hocloco per herbam, nisi bona operatio ponitur. Licet in conditione mundi ita historiationibus factum tencamus; terram tamen Ecclesiam figurasse non inconvenienter accipimus, quae in eo germinavit herbam virentem, in quo ad verbum Dei secunda misericordia opera protulit.

Gen. 1. c.

CAPUT VII.

Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram.

De conditione primi hominis. **L**acet per coeterum patris verbum cuncta creatione primi hominis. **I**ta sunt: in ipsa tamen relatione creationis ostenditur, quantum cunctis animalibus, quantum rebus vel caelestibus, sed tamen intensibilibus homo præfertur. Cuncta quippe cum faceret, *Dixit, & facta sunt:* cum vero facere hominem decernit, hoc quam reverenter pensandum est, premitti, dicens: *Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram.* Neque enim de eo sicut de rebus ceteris sc. ictum est: *Fiat, & factum est:* neque ut aquatilia vel volatilia, sic contra hominem protulit: sed priusquam fieret, *Faciamus* dicitur: ut videlicet, quia rationalis creatura condebarat, quasi cum confilio facta viderentur. Quasi per studium de terra plasmatur, & inspiratione conditoris in virtute spiritus vitalis erigitur: ut scilicet non per iustitionis vocem, sed per dignitatem operationis existeret, quia ad conditoris imaginem fiebat.

Gen. 2. 4

CAPUT VIII.

Requievit Deus die septimo ab omni opere quod patravat.

De perfectione septenarij.

Quid in septenario numero, nisi summa perfectionis accipitur? Ut enim humana rationis premarij, causas desepenario numero taceamus, quæ asseruntur, In exp. B. quod idcirco perfectus sit: quia confit ex primo qui dividit potest, & ex primo qui dividit non potest. Certissime scimus quod septenarium numerum scriptura sacra pro perfectione posse confutare: unde & septimo die Dominum requieuisse ab operibus asserit. Hinc enim quod septimus dies in requiem hominibus, id est in sabbatum datus est. Hinc est quod jubileus annus in quo plena requies exprimitur septem hebdomadibus consummatur, qui monade addita nostræ actionis summa impletur. Hinc est enim quod perfectione septiformis gratia implendi duodecim sunt Apostoli electi. A septenario itaque numero in duodenarium surgitur: nam septenario suis in se partibus multiplicatus, ad duodenarium tendit. Sive enim quatuor per tria, five tria per

A quatuor ducantur, septem in duodecim vertuntur. Unde & sancti Apoſtoli quia trinitatem in quatuor partibus mundi praedicare mittebantur, duodecim sunt electi, ut etiam numero perfectionem ostenderent, quam vita, & voce praedixerint.

CAPUT IX.

Item unde supra.

Sepenario numero perfectio æternitatis innuitur, *Ibid. 1.6. c.* Scum dies septimus in requiem Domini sanctificatus vocatur. Cui jam non vespera dicitur: quia æterna beatitudinis requies nullo termino coactatur.

B

CAPUT X.

Iste sunt generationes celi, & terræ, Gen. 1. 4 quando creata sunt.

Querendum nobis est quomodo Deus simul in exp. B. cuncta condidit, dum ipsis Moyſes sex die, *Ibid. 1. 1. 6. c.* rum mutatione variante distinetè creata describit. Quod tamen citius agnoscimus, si ipsas causas originum subtiliter indagamus. Rerum quippe substantia simul creata est, sed simul per species formata non est: & quod simul extitit per substantiam materię, non simul apparuit per speciem formę. Cum enim simul factum calum terraque describitur, simul spiritualia, atque corporalia, simul quidquid de celo oritur, simul factum quidquid de terra producitur, indicatur. Sol quippe, Luna, & sidera quarto die facta in celo perhibentur; sed quod quarto die processit in speciem, primo die in cali substantia extitit per conditionem. Primo die creata terra dicitur, tertio arbuta condita, & cuncta terræ virentia describuntur: sed hoc quod die tertio se in speciem protulit, nimirum primo, in ipsa de qua ortum est terra substantia, conditum fuit. Hinc est, quod Moyſes & distinetè per dies singulos condita omnia retulit, & tamen simul omnia creata subiunxit, dicens: *Iste generationes celi, & terræ, quando creata sunt in die quo fecit Dominus celum, & terram, & omne virgultum agri, antequam oriretur in terra, omnemque herbam regionis.* Qui enim diversis diebus creatum celum, & terram, virgulum, herbamque narraverat, nunc uno die facta manifestat: ut liquidò ostenderet, quod creatura omnis simul per substantiam extitit, quamvis non simul per speciem processit. Hinc illic quoque scriptum est: *Creavit Deus hominem ad imaginem, & similitudinem suam, ad imaginem Dei creavit illum, masculum & feminam fecit eos.* Necdum enim facta Eva describitur, & jam homo masculus, & femina perhibetur. Sed quia ex Adæ latere erat proculdubio femina processura, in illo jam computatur per substantiam, à quo producenda fuerat per formam. Considerare tamen haec & in minimis possumus, ut ex minimis majora pensemus. Herba namque cùm creaturæ, necdum in illa fructus, necdum fructus sui semen ostenditur. Inest verò ei etiam cùm non apparet fructus, & semen: quia nimirum simul sunt in radicis substantia, quæ non simul prodeunt per temporis incrementa.

C

CAPUT XI.

Quod quatuor fluminibus de paradiſo egreditur terra rigatur. *Gen. 2. 8*

Solidum mentis nostræ adſiduum prudentia, temperantia, fortitudo, justitia continet: quia in his quatuor virtutibus tota bona operis structura contibus. *Inscript. B. Tob. 1. 2. 17. 18. 19.* Quatuor ergo paradiſi flumen a terram irrigat: quia dum his quatuor virtutibus cor infunditur, ab omni desideriorum carnalium aestu temperatur.

CAPUT XII.

Tu'it Dominus Deus hominem, & posuit eum in paradiſo voluptatis, ut operaretur, & cuſtodiret illum.

Pensandum magnopere est, quia bona prodeſſe nequeunt, ſi mala quaſ ſubrepunt, non caverunt: perit omne quod agitur, ſi non ſollicitudinē humilitate cuſtoditur. Unde bene quoque de ipſo primo parente dicitur: *Posuit eum Dominus in paradiſo voluptatis, ut operaretur, & cuſtodiret.* Operatur quippe qui agit bonum quod præcipit, ſed quod operatus fuerit non cuſtodit, cui hoc ſubrepit, quod prohibetur. Unde magnopere oportet & bona ſemper agere, & ab ipſis nos bonis operibus caute in cogitatione cuſtodiare. Nam ſi menteſ elevant, bona non ſunt, quia non auctori militant, ſed elationi. De qua re non inordinatē agimus, ſi ex libris, licet non canoniciſ, ſed tamen ad aedificatio nem ecclieſ additiſ, teſtimoniū proferamus. Eleazar namque in palaio clephantu feriens ſtravit, ſed ſub ipſo quem extinxit, occubuit. Quos ergo iſte ſignificat, quem ſua victoria oppreſſit, niſi eos qui vita ſuperant, ſed ſub ipſa quaſ ſubjiciunt, ſuperbiendo ſuccumbunt? Quasi enim ſub hoſte quem proſternit, moritur, qui de culpa quam ſuperat, elevatuſ.

CAPUT XIII.

Ex latere Adam dormientis Eva proceſſit.

Sciendum eſt, quia nequaquam culmen contemplationis attingimus, ſi non ab exteriori cura oppreſſione ceſſemus. Nequaquam noſmetipſos intuemur, ut ſciamuſ aliud in nobis eſſe rationale, quod regit, aliud animale, quod regitur, niſi ad ſecretum ſilentiū reſcurruſ, ab omni exteriori per turbatione ſopiamur. Quod ſilentiū noſtrum bene Adam dormiens figurauit, de cuius mox latere mulier proceſſit: quia quippe ad interiora intelligenda rapitur, à rebus viſibilibus oculos claudit, & tunc in ſeipſo vel que præceſſe viriliter debeant, vel que ſub eſſe poſſent inſtruſa diſtinguit; ut aliud in ipſo ſit quod regere valeat tanquam vir, aliud tanquam femina, quod regatur.

CAPUT XIV.

Cur præcepit vobis Deus, ut non comedereſtiſ de omni ligno paradiſi?

Callidus humani generis inimicus quod in paradiſo egit, hoc quotidie agere non defiſit. Verba quippe Dei de cordibus hominum molitur evellere, atque in eis ſieta promiſionis ſue blandimenta radicare: quotidie id quod Deus minatur, levigat, & ad hoc tradendum quod falſo promiſit, mutat. Falſo enim pollicetur temporalia, ut mentibus hominum ea ſupplicia leviget, quaes Deus minatur exterius. Nam cum praefentis vita gloriam ſpondet, quid aliud dicit, quam, *Gnſtate, & eritis ſicut dij?* Ac ſi aperte dicat: Temporalem concupiſcentiam tangite, & in hoc mundo ſublimes apparete. Et cum timorem Divina ſententia amore conatur, quid aliud loquitur, quam id quod primis hominibus dixit: *Cur præcepit vobis Deus, ut non comedereſtiſ de omni ligno paradiſi?* Sed quia divino munere redemptus homo iuſtiā recipit, quam dudum conditus amifit, robustior ſe jam contra blandimenta callidae perſuasionis exercet: quia experimento didicit, quantum obediens eſſe debeat præcepto. Et quem tunc culpa duxit ad

A poenam, nunc poenā ſuā reſtringit à culpa: ut tanto magis delinquare metuat, quanto cogente ſupplicio, & ipſe jam quod perpetravit, accusat.

522

CAPUT XV.

In quocumque die comedereſtiſ ex eo, appetiuntur oculi uestri, & ſicut dij eriſt.

Dies itaque eſt illata promiſio meliorum, ſed De diei pernox eſt exhibita ipſa experientia calamitatum. *In expoſ. B. lib. 4. c.* Antiquus hoſtis dies eſt per naturam bene conditus, *ibid. lib. 4. c.* sed nox eſt per meritum ad tenebras dilapsus. Dies 9. ſtarim d eſt cum polliciendo bona, humanis aspectibus lucis ſe angelum ſimulat, Paulo attestante, qui ait: *Ips. 1. Cor. 11. 46.* enim Satanas transfigurat ſe in angelum lucis: ſed nox eſt cum mentes conſentientium per erroris tenebras obſcurat.

CAPUT XVI.

Item unde ſupra.

Antiquus hoſtis contra primum hominem parentem noſtrum, in tribus ſe tentationibus erexit: quia hunc, videlicet gula, & vana gloria, &c. avaritia tentavit, ſed tentando ſuperavit: quia ſibi eum per conſenſum ſubdidit. Ex gula quippe tentavit, cum cibum ligni vetiti oſtendit, atque ad comedendum fuſit. Ex vana gloria tentavit cum, cum diceret: *Eritis ſicut dij.* Ex proiectu avaritiae tentavit, cum diceret: *Sciences bonum, & malum.* Avaritia enim non ſolum pecunia eſt, ſed etiam altitudinis: recte enim avaritia dicitur, cum ſupra modum ſublimitas ambitor. Si enim non ad avaritiam honoris ambitione pertineret, nequaquam Paulus de unigenito filio diceret: *Nec rapinam arbitra- phil. 2. 4. tus eſt, eſſe ſe aequalē Deo.* In hoc ergo diabolus parentem noſtrum ad ſuperbia traxit, quando eum ad avaritiam ſublimitatis excitavit. Sed quibus modis primum hominem ſtravit, eisdem modis ſecondo hoſmini tentando ſuccubuit. Per gulam tentavit, qui dixit: *Dic ut lapides iſbi panes fiant.* Per vanam gloriam tentavit, cum dixit: *Si filius Dei ibid. es, mihi te deorsum.* Per ſublimitatis avaritiam tentavit, cum regna omnia mundi oſtendit, dicens: *Hec ibi omnia dabo, ſi providens adoraveris me.* ibid. Sed eis modis à ſecondo homine victus eſt, quibus primum hominem ſe viſiſe gloriabatur: ut à noſtriſ cordibus ipſo adiutu captus excat, quo noſ adiutu intromiſſus tenebat.

CAPUT XVII.

Vidit mulier quod bonum eſſet lignum ad veſcendum, & pulchrum oculis, aspectuque delectabile.

Ne quādam lubrica in cogitatione verſemus, De reſtrībet, quod non licet concupiſci. Ut enim munda mens in cogitatione ſeruerit à laſcivia voluptatis ſuę, deprimenti ſunt oculi, quaſ quidam raptoreſ ad culpam. Neque enim Eva lignum vetitum coniugiſſet, niſi hoc priuū inculta reſpexiſſet. Hinc ergo penſandum eſt, quanto debemus moderamine erga illicita viſum reſtrīgere, nos qui mortaliter vivimus, ſi & mater viventium per oculos ad mortem venit. Hinc etiam ſub Iudea voce, quaes exteriora videndo concupiſcens, bona interiora perdiſerat, propheta dicit: *Oculus meus depredatus eſt animam Thren. 3. f. mean: concupiſcens enim viſibilita, in viſibilis virtutes amifit. Quia ergo interiorem fructum per exteriorē viſum perdiſit, per oculum corporis per- tuliſt prædam cordis.* Unde nobis ad cuſtodiendam

K k. iii

523

cordis munditiam, exteriorum quoque sensuum dif-
ciplina servanda est. Nam quantalibet virtute mens
polleat, quantalibet gravitate vigeat, carnales ta-
men sensus puerile quiddam exterioris perstrepunt:
& nisi interioris gravitatis pondere, & quasi ju-
venili quodam vigore refrænentur, ad fluxa quæque
& levia mentem enervec trahunt.

CAPUT XVIII.

Gen. 3. b

*De confessu Adæ in acceptance poni à
muliere.*

De vita-
dis vitiou-
incentivis.
In codice
regule pa-
storalis. l. 3.
c. 1. admon.
30.
Gen. 3. a

Rom. 7. d
Ibid.

Gen. 3. b

De servan-
da mentis
custodia.
In expos. B.
Iob. lib. 26.
c. 13. circa
med.

Gen. 3. b

Cum modo
divini col-
loqui.
In expos. B.
Iob. lib. 28.
c. 2. circa
med.

IN primo parente didicimus, quia tribus modis omnis culpa nequitiam perpetramus, suggestione scilicet, delectatione, confusu. Primum itaque per hostem, secundum verò per carnem, tertium per spiritum perpetratur. Infidulator enim prava suggerit, caro se delectationi subjicit, atque ad extremum spiritus vietus delectatione consentit. Unde & serpens prava suggestit: Eva autem quasi caro se delectationi subdidit: Adam verò velut spiritus, suggestione, delectatione superatus adsensit. Suggestione itaque peccatum agnoscimus, delectatione vincimur, confusu etiam ligamur. Unde excludendum nobis cum Apostolo est: *In felix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus?* Et audiat nos subsequentem nos consolationem: *Gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum.*

CAPUT XIX.

*Adam post peccatum inobedientia mox
pudenda contexit.*

PER humilitatis custodiam servanda semper est munditia castitatis. Si enim pè spiritus sub Domino premitur, caro illicite contra spiritum non levatur. Habet quippe spiritus commissum sibi dominium carnis, si tamen suo Domino recognoscit jura legitima servitutis. Nam si auctorem suum superbiendo contemnit, jure & in subjecta carne prælium suscipit. Unde & ille primus homo inobediens, mox ut superbiendo peccavit, pudenda contexit: quia enim contumeliam carnis spiritus Domini intulit, mox contumeliam carnis inenit. Et qui auctori suo esse subditus noluit, jus carnis subditæ, quam regebat, amisit: ut in leipsum videlicet inobedientia sua confusio redundaret, & superatus disceret, quod clatus amisit.

CAPUT XX.

*Cum audisset Adam vocem Domini Dei
deambulantis in paradiso ad auram post
meridiem, abscondit se inter ligna pa-
radisi.*

Nonnumquam per angelos verbis simul & rebus loquitur Deus, cùm quibusdam motibus insinuat hoc quod sermonibus narrat. Neque enim Adam post culpam in divinitatis substantia video Dominum potuit, sed irreparations verba per angelum audivit, de quo scriptum est: *Cum audisset vocem Domini Dei deambulantis in paradiso ad auram post meridiem, abscondit se inter ligna paradisi.* Quid est enim quod post peccatum hominis in paradiſo Dominus non iam stat, sed deambular, nisi quod irruente culpa, se à corde hominis motum demonstrat? Quid est quod ad auram post meridiem, nisi quod lux ferventer veritatē abfesserat, & peccatricem animam culpæ suæ frigora constringebant? Ad auram namque post meridiem primus homo post culpam absconsus invenitur. Quia enim me-

Aridianum charitatis calorem crediderat, jam sub *Ibid. lib. 3.* peccati umbra, quasi sub frigore auræ torpebat. *Si cap. 3. ante secutus est umbram.* Calorem enim charitatis fu- *Ecclesiast. 34. a* giens, veritatis solem homo deseruit, & sub umbra feintern frigoris abscondit. Unde & voce ejusdem veritatis dicitur: *Abundabit iniqitas, refugeset charitas multorum.* Increpavit ergo Adam, deambulans, ut cæcis mentibus nequitiam suam non solum sermonibus, sed etiam rebus aperiret: quatenus peccator homo & per verba quod fecerat audiret, & per deambulationem amissio æternitatis statu, mutabilitatis suæ inconstantiam cerneret, & per auram fervore charitatis expulso torpore suum animadverteret, & perdeclinationem solis cognosceret quod ad tenebras propinquaret.

CAPUT XXI.

*Vocavit Dominus Deus Adam, & dixit ei, Gen. 3. b
Vbi es?*

Quid est quod Dominus Adam post lapsum re- De delin- quirit: *Vbi es?* Numquid nam divina potentia quantum nesciebat post culpam, servus ad qua latibula fugere pro- *In expos. B.* rat? Sed quia vidit in culpa lapsum, jam sub pecca- *In expos. B.* to velut ab oculis veritatis absconditum, quia tene- *Iob. 1. c. 3.* bras erroris ejus non approbat, quasi ubi sit peccator ignorat, cumque & vocat, & requirit, dicens: *Adam ubi es?* Per hoc quod vocat, signum dat, quia ad penitentiam revocat. Per hoc quod requiri- *Ita aperte insinuat, quia peccatores jure damnan- dos ignorat.*

CAPUT XXII.

*Mulier quam dedisti mihi sociam, dedit Gen. 3. c
mihi, & comedi.*

Scilicet excessus sui vitium in auctorem latenter De vita- retorquens, ac si diceret: Tu occasionem delin- peccati eu- quendi præbuiti, qui mulierem dedisti? Quatuor culatione, modis peccatum perpetratur in corde: quatuor con- *In expos. B.* summatum in opere. In corde namque suggestione, & delectatione, confusu, & defensionis audaciæ per- *Iob. 4. c. 19* petratur. Fit enim suggestio per adversarium, delectatio per carnem, confusus per spiritum, defensionis audacia per elationem. Culta enim quæ ter- rere mente debuit, extollit, & dejicio elevat: sed gravium elevando supplantat. Unde & illam pri- *In expos. B.* mi hominis reætitudinem antiquus hostis quatuor his iætibus fregit. Nam serpens fusit, Eva delectata est, Adam consensit: qui etiam requisitus confiteri culpam per audaciam noluit. Hoc verò in hu- *Iob. 4. c. 19* mano genere quotidie agitur, quod actum in primo parente nostri generis non ignoratur. Serpens sua- fit: quia occultus hostis mala cordibus hominum latenter suggesterat Eva delectata est: quia carnalis sensus ad verba serpentis mox se delectationi substernit. Assensum verò Adam mulieri præpositus præbuit: quia dum caro in delectationem raptur, etiam à sua reætitudine spiritus infirmatus inclinatur. Erre- quifitus Adam, confiteri culpam noluit: quia vi- delicet spiritus quod peccando à veritate disjungitur, et in ruine sue audaciam nequitis obdura- tur. Per timorem quidem Adam fœmetipsum ab- *In expos. B.* sconsurus fugerat: sed tamen requisitus innotuit, quantum etiam timens tumebat. Cùm enim ex peccato præsens pena metuitur, & amissa Dei fa- *Iob. 4. c. 19* cies non amatur, timor ex tumore est, non ex hu- *In expos. B.* militate. Superbit quippe, qui peccatum, si licet non puniri, non deterit. Eisdem etiam quatuor modis peccatum consummatum in opere. Prius namque latens culpa agitur, postmodum verò etiam

ante oculos hominum sine confusione reatus appetitur: dehinc & in consuetudinem ducitur: ad extremum quoque vel falsa spei seductionibus vel obfuscatione miseræ desperationis, enutritur.

CAPUT XXIII.

Item unde supra.

In expos. B. 10b, lib. 22. c. 9, in princ. **V**era humilitatis testimonia sunt, & iniuriam confessionis aprire. At contrâ uitatum humani generis vitium est, & labendo peccatum committere, & commissum negando defendere, & convictum defendendo multiplicare. Ex illo quippe lapsum primi hominis hæc augmenta nequitæ ducimus, ex quo ipsam radicem traximus culpæ. Sic namque ille dum lignum vetitum contigisset, abscondit se à facie Domini inter ligna paradisi. In qua absconde scilicet quia Deum latere non poterat, non latendi effectus describitur, sed affectus notatur: quòd cùm argueretur à Domino, quod de ligno vetito contigisset, illico responderet: *Mulier quam dedisti mihi sociam, ipsa mibi dedit de ligno, & comedì.* Ipsa quoque mulier inquisita, respondit: *Serpens decepit me, & comedì.* Ad hoc quippe requisiti fuerant, ut peccatum quod transgrediendo commiserant, confitendo delerent. Unde & serpens ille persuasor, qui non erat revocandus ad veniam, non est de culpa requisitus. Interrogatus itaque homo est ubi esset, ut perpetrata culpam respiceret, & confitendo cognosceret, quā longè à conditoris sui facie abesset. Sed adhibere sibi utriusque defensionis solatio, quā confessionis elegerunt: cumque excusare peccatum voluerit per mulierem, mulier per serpentem, auxerunt culpam, quam tueri conati sunt: oblique Adam dominum tangens, quòd ipse peccanti ejus auctor extiterit, qui mulierem fecit: Eva culpam ad Dominum referens, qui serpentem in paradise posuit. Qui enim ore diaboli fallentis audierant, *Eritis sicut dij.*, quia esse similes in divinitate nequiventur, ad erroris sui cumulum Dominum fibi facere similem in culpa conati sunt. Sic ergo reatum suum, dum defendere moluntur, addiderunt: ut culpa eorum atrocior disculsa fieret, quā fuerat perpetrata. Unde nunc quoque humani generis ramii ex hac adhuc amaritudinem trahunt, & cùm de virtu suo quisque arguitur, sub defensionum verba quasi sub quādam se arborum folia abscondit: & velut ad quādam excusationis fūræ opaca secreta faciem conditoris fugit, dum non vult cognosci quod fecit. In qua videlicet occultatione non se Dominum, sed Dominum abscondit sibi: agit quippe omnia videntem videat, non autem ne ipse videatur. Quòd contrâ cuique peccatorum jam exordium illuminationis est humilitas confessionis: quia sibi meti si jam parceret renuit, qui malum non erubescit confiteri quod fecit; & qui defendendo accusare potuit, accusando se celerrimè defendit. Unde & mortuo Lazaro qui mole magna premebatur, nequaquam dicitur, revivisce, sed, *Veni foras.* Ex qua scilicet resurrectione, quæ gesta in illius est corpore, signatur qualiter nos resuscitemur in corde, cùm videlicet mortuo dicitur: *Veni foras,* ut nimis homo in peccato suo mortuus, & molis malæ consuetudinis iam sepultus, quia intra conscientiam suam absconsus jacet per nequitiam, à se ipso foras exeat per confessionem. Mortuo enim, *Veni foras,* dicitur, ut ab excusatione atque occultatione peccati, ad excusationem suam ore proprio exire provocetur. Unde David propheta ab illa tanti morte facinoris reviviscens, ad vocem Domini quasi foras exit, dum per Nathan correptus, quod fecerat, accusavit.

CAPUT XXIV.

*Pectora & ventre repes.**Gen. 3. 6*

Malum luxuriae aut cogitatione perpetratur, De virule aut opere. Callidus namque adversarius hostis callidus persuasoris polluere cogitationibus molitur. Unde & serpenti à Domino dicitur: *Pectora, & ventre repes.* *In expos. B. 10b, lib. 22. c. 12, in fin.* Serpens videlicet ventre repit, quando hostis lumen ad expletionem operis luxuriam exercet. Serpens autem repit pectora, quando eos, quos in opere luxuriae non valeret pertrahere, polluit in cogitatione. Alius itaque luxuriam jam perpetrat actione: huic serpens repit ex ventre. Alius autem perpetrandam versat in mente: huic serpens repit ex pectora. Sed quia per cogitationem ad opera ex plenda pervenitur, recte serpens prius pectora, & postmodum repere ventre describitur.

CAPUT XXV.

Inimicities ponam inter te, & mulierem, & semen tuum, & semen illius. Ipsa conteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo ejus.

Caput serpentis conterere, est initium suggestionis ejus aspicere, & manu sollicitate considerationis à cordis aditu funditus extirpare. Qui mici suggestionis cùm ab initio deprehenditur, percutere calcaneum molitur: quia & si suggestione prima intentionem non percutit, decipere in finem tendit. *In expos. B. 10b, lib. 1. c. 20, post med.* Si autem semel cor intentione corruptitur, sequentia actionis medietas, & terminus ab hoste callido securè possidetur: quoniam totam sibi arborem fructus ferre consipit, quam venci dente in radiis vitavit.

CAPUT XXVI.

*Maledicta terra in opere tuo.**Gen. 3. c*

Cum maledictionis jaculum divina vox gravi instruit ultione plectendum, ita ut regni quoque caelestis aditum claudat, quid est quod nunc peccanti homini in terra maledictione, divina voce *lob. 1. 4. c. 5.* hoc, quod homo facere prohibetur, infertur? Sed &c. sciendum est quod Scriptura sacra duobus modis maledictum memorat: aliud videlicet quod approbat, aliud quod damnat. Alter enim maledictum profertur iudicio iustitiae, alter livore vindictæ. Maledictum quippe iudicio iustitiae, ipso primo homine peccante prolatum est, cùm audivit: *Maledicta terra in opere tuo.* Maledictum iustitiae judicio profertur, cùm ad Abraham dicitur: *Maledicam maledicentibus tibi.* Rursus quia maledictum non iudicio iustitiae, sed livore vindictæ promittitur, voce Pauli prædicantis admonemur, qui ait: *Bene dicite, & nolite maledicare.* Et rursus Veritas dicit: *Negare maledici regnum Dei possidebunt.* Deus ergo *1. Cor. 1. 1.* maledicere dicitur, & tamen maledicere homo prohibetur: quia quod homo agit malitia vindictæ, Deus non facit nisi examine, & virtute iustitiae. Nam & sancti viri cùm maledictionis sententiam proferunt, non ad hanc ex voto ultionis, sed ex iustitiae examine erumpunt. Intus enim subtile Dei iudicium aspiciunt, & mala foras exurgentia, quia maledictio debent feriri, cognoscunt, & eo in maledicto non peccant, quo ab interno iudicio non discordant. Hinc est, quod Petrus in offerentem sibi pecunias Simonem, sententiam maledictionis intulit, dicens:

Gen. 8.

2. Reg. L.

Pecunia tua tecum sit in perditione. Qui enim non ait, est, sed sit; non indicativo, sed optativo modo se hac dixisse signavit. Hinc Elias duobus quinquagenariis ad se venientibus dixit: Si homo Dei sum, descendat ignis de celo, & consumat vos. Quorum utrorumque sententia quanta severitas ratione cōvaluit, terminus causa monstravit. Nam & Simon æterna p̄ditione interierit, & duos quinquagenarios deflexi veniens flamma consumpsit. Virtus ergo subsequens testificatur, qua mente maledictionis sententia promittit. Cūm enim & maledictis innocentia permanet, & tamen eum qui maledicunt usque ad interitum maledictio absorbet, ex fine utriusque partis colligitur, quia ab uno, & intimo judice in reum sententiam sumptuaculatur.

Gen. 3. d

De immortalitate primi hominis, et iudicio demque lapiti.
In expof. B.
Iob. 1.12. c. 15.
c. 26.

Primus homo ita conditus fuit, ut manente illo decederent tempora, ne cum temporibus ipse transiret. Stabat enim momentis recurrentibus, quia nequaquam ad vita terminum per dierum incrementa tendebat: stabat tantò roboriūs, quantò semper stanti arctius inhæret. At ubi vetitum contigit, mox offenso creatore cœpit ire cum tempore, unde & ei dictum est: *Terra es, & in terram ibis.* Statu videlicet immortalitatis amissio, cursus eum mortalitatis absorbit: & dum juventute ad senium, senio traheretur ad mortem, transiendo didicit, stando quid fuit. Cujus quia de propagine nascimur, radicis amaritudinem, quasi in virgulto retinemus. Nam quia ex illo originem ducimus, ejus cursum nascendo fortimur: ut eo ipso quotidiano momento, quo vivimus, incessanter à vita transeamus, & vivendi nobis spatium unde crescere creditur, inde decrescat. Quia dum infantia ad pueritiam, pueritia ad adolescentiam, adolescentia ad juventutem, juventus ad senectutem, senectus transit ad mortem, in cursu vita præsentis, ipsis suis augmentis ad detrimenta impellitur, & inde semper deficit, unde se proficeret in spatium vita credit. Fixum etenim statum hic habere non possumus, ubi transiuri venimus: atque hoc ipsum nostrum vivere, quotidie à vita transire est. **D**Quem videlicet lapsu primus homo ante culpam habere non potuit, quia tempora eo stante transibant. Sed postquam deliquit, in quodam se quasi lubrico temporalitatis posuit, & quia cibum comedit vetitum, status sui protinus invenit defecum.

CAPUT XXVIII.

Gen. 3. d

Collocavit ante paradisum voluptatis Cherubim, & flammeum gladium atque ver satilem.

De reparatiōne paradiſi per mediato- ris adven- tum.

In expof. B.
Iob. 1.12. c. 6.

QVIA ante adventum mediatoris Dei & hominis, omnis homo quamvis mundæ probata que vite fuerit, ad inferni claustra descendit, dubium non est: quoniam homo qui per se cecidit, per se ad paradiſi requiem redire non potuit, nisi veniret ille, qui suæ incarnationis mysterio, ejusdem nobis paradiſi iter aperiret. Unde & post culpam hominis ad paradiſi aditum romphaeā flammeā posita esse memoratur, quæ & versatilis dicitur, pro eo quod quandoque veniret tempus ut etiam removeti potuisset.

CAPUT XXIX.

Respxit Dominus ad Abel, & ad munera Gen. 4. a ejus; ad Cain verò, & ad munera ejus non respexit.

AB omnipotente Deo munus ex manu non accipitur, quod corde obligato in malitia profertur. Mundari etenim debet prius animus, qui munus officia ferre vult Deo: quia omne quod datur Deo, ex dā. In expof. B. ab interiori nostro homine cogitatione immutatio tergenda est, quia iram judicis placare neficit oblatio, nisi ex munditia placeat offerentis. Unde scriptum est: *Respxit Deus ad Abel, & ad munera ejus, ad Cain autem & ad munera illius non respexit.* Neque etenim sacrum eloquium dicit, respexit ad munera Abel, & ad Caïn munera non respexit, sed prius ait: *Quia respexit ad Abel, ac deinde subiunxit, & ad munera ejus.* Et rursus dicit, *quia non respexit ad Cain, ac deinde subiudit, nec ad munera ejus.* Ex dantis quippe corde id quod datur accipitur: idcirco non Abel ex munib⁹, sed ex Abel munera oblata placuerunt. Prius namque ad eum legitur Dominus respexit qui dabat, quād ad illa quæ dabantur: ut auditio scilicet narrationis hujus ordine, discamus quia exteriora munera, ex interna cordis munditia coniduntur, & discretionis virtus lectorum doceat, qualis apud se esse debeat: cūm exteriora bona non solum Deo, sed etiam proximis subministrat.

CAPUT XXX.

In foribus peccatum tuum aderit, sed sub te Gen. 4. a erit appetitus ejus, et tu dominaberis il- lius.

IN foribus peccatum adeſt, cūm in cogitatione De refec- bus pulsat. Cujus appetitus subter est, eique homo dominatur, si cordis nequitia inspecta citius premuntur, & priusquam ad duritiam crescat, reluctantis menti subigatur. In expof. B.
Iob. 1.12. c. 10.

CAPUT XXXI.

Si recte offeras, recte autem non divididas, Gen. 4. a peccasti.

RECTE offertur cūm recta intentione quid agi- De dicte- piè agitur, etiam subtiliter differnatur. Oblata bonis ope- ratione dividere est, quelibet bona nostra studia soli- nando illi- dominatur, si cordis nequitia inspecta citius premuntur, & priusquam ad duritiam crescat, reluctantis menti subigatur. In expof. B.
Iob. 1.12. c. 10.

CAPUT XXXII.

Cain primum filium Enoch vocat, atque ex Gen. 4. a ejus nomine civitatem quam condidit, appellat.

IVITI viri quantò in cælestibus per contemplatio- De caven- nis radium inhærente desiderant: tanto in terra da vita edificare

præsentis gloria.
in expof. B. 1ob. 8. c. 22.
poff med. philip. ad 1. Cor. 5. 4
Hab. 12.

edificare refugiant, ubi se peregrinos & hospites noveturunt, Paulus attestante, qui ait: *Nos̄tra autem converſatio in celis eſt.* Et iterum: *Vos autem edificaremini domum non manufactam eternam in celis.* Quia enim sancti viri in propriis gaudere desiderant, esse in alieno felices reculant. Injusti autem quantum longius ab eternae patriæ hereditate divisi sunt, tantò in terra altius fundamenta cogitationis figurantur. Hinc est quod ab ipso humanae conditionis exordio in electa prole Enoch septimus nascitur. Hinc est quod Cain primum filium Enoch vocat, atque ex eius nomine civitatem, quam condidit, appellat. Enoch quippe, *dedicatio* dicitur. Iniqui ergo se in primordiis dedicant: quia in hac vita quod ante est, cordis radicem plantant, ut hinc ad votum florant, & à sequenti patria arefcent. Unde & contra in electorum parte Enoch septimus oritur, quia eorum vita festa dedicatio in fine servatur. Hinc est, quod attestante Paulo, *Abraham in casulis habitat:* quia habentem fundamenta civitatem, quam supernus artifex construxit, expectat.

CAPUT XXXIII.

Item unde supra.

*In expofito
membris lob
1. 16. c. 6.
in princ.*

Iniqui dum corde transire ad eterna negligunt, & cuncta præsenta fugitiva esse non intuentur; mentem in amorem vitæ præsentis figunt, & quasi longè habitationis in ea sibi fundamentum construunt: quia in terrenis per desiderium solidantur. Unde & primus Cain civitatem construxisse describitur; ut aperte monstraret, quia ipse in terra fundatum posuit, qui à soliditate eternæ patriæ alienus fuit. Peregrinus quippe à summis, fundamentum in infinitis posuit, qui stationem cordis in terrena delectatione collocavit. Unde & in ejus stirpe Enoch, qui dedicatio interpretatur, primus nascitur: in electorum verò progénie Enoch septimus fuisse perhabetur. Quia videlicet reprobi in hac vita quæ ante est, semetipos edificando dedicant. Electi verò ædificationis iuxta dedicationem in fine temporis, id est in septimo tempore, expectant. Videas namque plurimos temporalia sola cogitare, honores querere, ambiendis rebus inhiare, nil post hanc vitam requirere. Quid itaque isti nisi in prima se generatione dedicant? Videas electos nil præsentis gloriae querere, libenter inopiam sustinere, mala mundi æquanimiter perpeti, ut possint in fine coronari. Electio ergo Enoch in septima generatione nascitur: quia sui dedicationem gaudij in extrema retributionis gloria requirunt.

CAPUT XXXIV.

Genes. 6. 4

Videns Deus quod multa malitia hominum effet in terra, & cuncta cogitatio cordis intenta effet ad malum omni tempore, pœnituit eum quod hominem fecisset in terra.

*De modo
divini elo-
qui per af-
ficiam homi-
nibus ver-
ba.*
*In expof. B.
lib. 9.*

Quid est quod omnipotens Deus, qui nulla mutabilitate humanae conditionis astringitur, nec ei quod esse est, desit ex tempore, pœnituisse de sua conditione describitur, nisi quod plerumque in sacro eloquio sicut sapientes Dei sermonem trahunt à sapientibus scaculi, sic nunc pro utilitate hominis vocem in se humanæ passionis ipse conditor hominum sumit Deus, ut videlicet dicatur, pœnituit eum, quod hominem fecisset in terra? Cūm profectò constet, quia is qui cuncta priùs quam veniant conspicit, nequaquam postquam aliquid fecerit pœnitendo refipicit. Ut ergo mirum non est, si spirituales plerumque utantur verbis carnalium: sic neque S. Greg. Tom. III.

si ipse sub se ineffabilis, & creator omnium spiritus, ut ad intellectum suum carnem pertrahat, in seipso carnis sermonem format.

CAPUT XXXV.

*De arca diluvij, quæ ampla in inferioribus, Gen. 6. b
& angusta in superioribus fuit.*

Ara in undis diluvij, qua hujus Ecclesiæ typum De reprobus ampla in inferioribus, & angusta in superioribus fuit. Quæ in summitate etiam sua ad unius titudine mensuram cubiti excrevit Inferius quippe quadruplicatus intra specie rebilata exitit, ubi bestias habuit posito: ut, & electo-Ecclesia in carnalibus ampla est, in spiritualibus angusta. Ubi enim bestiales hominum mores tolerat, & homines habentia credenda est: ibi latius sinum laxat. Ubi autem eos habet, qui supra et illuc latius sinum laxat. Ubi autem eos habet, qui supra et spirituali ratione sufficiunt, illuc quidem ad sum-vang. Homum dicitur. Sed tamen quia pauci sunt, angustatur. Lata quippe via est, quia ducit ad perdicionem, & multi sunt qui vadunt per eam. Et angusta porta est, quæ ducit ad vitam, & pauci sunt qui invenerunt eam. Eo autem usque arca angustatur in summis, quoque ad mensuram unius cubiti perducatur: quia in sancta Ecclesia quanù sanctiores quique sunt, tantò pauciores. Quæ in summo ad illum perducitur, qui solus homo in hominibus, & sine ullius comparatione natus est sanctus. Qui iuxta Psalmista vocem: *Fatigus est sicut passer unicus in adiicio.* Tantò ergo magis mali tolerandi sunt, quanto etiam plus abundant: quia & in area tritura pauca sunt grana quæ servant horreis, & granules acervi palcarum, qui ignibus comburuntur.

CAPUT XXXVI.

Item unde supra.

Ara quæ trecentis cubitis fieri in longitudine justa est, lx. verò in latitudine, xxx. autem in altitudine, in uno est cubito consummata. Quid enim per arcam, nisi sancta Ecclesia figuratur? Quæ inferius ampla est, superius angusta, quæ & ecc. & xxx. ac lx. cubitis ad unum cubitum colligitur: quia ea latitudine quam sancta Ecclesia in membris suis adhuc infirmantibus haberet, paulisper angustata, in altum proficiens ad unum tendit. Ipsa enim ratio exigit, ut credamus quod in illa arca latitudine, omnes bestie cunctaque quadrupedia atque reptilia in inferioribus fuerint: homo verò atque volatilia nimis in superioribus: iuxta superiorem etenim partem fenestra fuit in latere; de qua corvum & columbam dimisit homo, ut si jam diluvij transiſſet aqua, cognosceret. Et quia arca eadem in uno fuit cubito consummata, homo & volatilia juxta cubitum fuerint. Recè itaque per arcam universa Ecclesia designatur, quæ adhuc in multis suis carnalibus lata est, in paucis spiritualibus angusta. Et quia ad unum hominem, qui est sine peccato, colligitur, quasi in uno cubito consummatur. Videamus etenim multos intra ejusdem sanctæ Ecclesiæ sinum in superbia erigi, in carnis voluptatibus dissolvi, acquirendis terrenis rebus inhiare, impestante avaritia maria transire, defervire iracundiz, jurgis vacare; proximos, quos prævalent, lædere; sed quia eos adhuc sancta Ecclesia tolerat, ut convertantur, quasi in arca latitudine, deorsum bestias morantur. Videamus alios jam aliena non querere, illatam injuriam æquanimiter portare, rebus propriis esse contentos, humiliiter vivere: sed quia isti jam pauci sunt, angustatur arca. Alios autem conspicimus etiam possessa relinquere, nullum terrenis rebus studium dare, inimicos diligere, carnem &

cunctis voluptatibus domare, motus omnes sub rationis judicio premere, per cælestes desiderium contemplationis pennas sublevare: sed quia tales qui que valde sunt rari, jam juxta cubitum ducitur, ubi homines, & volatilia continentur. Quæratur tamen si quis in eis esse valeat sine peccato, & nullus invenitur. Quis itaque homo sine peccato est, nisi ille qui in peccatis conceptus non est? In uno ergo cubito consummatur arca: quia unus est auctor, & Redemptor sanctæ Ecclesiæ sine peccato, ad quem & per quem omnes proficiunt, qui se esse peccatores noverunt.

CAPUT XXXVII.

Gen. 8. b Sensus enim, & cogitationes humani cor dis in malum prona sunt ab adolescentia sua.

De reprimenda extorsione opribus gloria.
In expof. B.
Tob. 1.28.c.
9. post med.
1. Cor. 3. b

Cōruptionis malum quod unusquisque nostrum ab ortu desideriorum carnalium lumpit, in proœctu ætatis exercet: Et nisi hoc citius divinae formidinis manus reprimat, omne conditum naturæ bonum repente culpa in profundum vorat. Nemo igitur libi cogitationum suarum victoriam tribuat, cum Apostolus dicat: Neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus.

CAPUT XXXVIII.

Gen. 9. a Crescite, & multiplicamini, & implete terram, & terror veſter ac tremor sit super cuncta animalia terra.

De servanda doctori bus discreta qualitate cum subditis.
In expof. B.
Tob. lib. 21.c.
10. & in regula pastorum 2.p.2.6

Potentibus viris magna est virtus humilitatis, considerata æqualitate conditionis. Omnes namque homines naturæ æquales sumus, sed accessit dispensatorio ordine, ut quibusdam prælati videamus. Si igitur hoc à mente deprimimus, quod temporali accessit, invenimus citius quod naturaliter sumus. Plerumque enim se animo accepta potestas objicit, eumque tumidis cogitationibus fallit. Manu ergo humiliæ considerationis deprimentis est tumor elationis. Si enim apud semetipsum mens descendit de vertice culminis, citius planiciem inventit naturalis æqualitatem. Nam ut præfati sumus, omnes homines naturæ æquales genuit, sed variante meritorum ordine alios alii occulta dispensatio postponit. Ipsa autem diversitas quæ accessit ex viro, recte est divinis iudicis ordinata: ut quia omnis homo iter vita æquè non graditur, alter ab altero regatur. Sancti autem viri cum præsunt, non in se potestatem ordinis, sed æqualitatem conditionis attendunt, nec præesse gaudent hominibus, sed prædilecti. Sciunt enim, quod antiqui patres nostri non tam reges hominum, quam pastores pecorum fuisse memorantur. Unde & cum Noë Dominus filiusque ejus post diluvium dicere: Crescite, & multiplicamini, subdidit: Et terror veſter, & tremor sit super cuncta animalia terra. Homo quippe animalibus irrationalibus, non autem naturæ ceteris omnibus prælatus est: & idcirco ei dicitur ut ab animalibus, & non ab homine timeatur: quia contra naturam superbire est, ab æquali velle timeri. Cuncti ergo qui præsunt, non in se potestatem debent ordinis, sed æqualitatem pensare conditionis. Nam sic, ut diximus, antiqui patres nostri pastores pecorum, & non reges hominum fuisse memorantur. Et tamen necesse est, ut rectores subditis timeantur, quando ab eis Deum minimè timeri deprehendunt: ut humana saltem formidine peccare metuant, quia divina iudicia non formidant. Nequaquam namque præpositi ex hoc quæsto timore superbiant, in quo non suam gloriam, sed sub-

ditorum iustitiam querunt. In eo autem quod metum sibi à perversè viventibus exigitur, quasi non hominibus, sed animalibus dominantur: quia videlet ex qua parte bestiales sunt subditi, ex ea debent etiam formidini jacere substrati.

CAPUT XXXIX.

Arcum meum ponam in nubibus, et erit signum fœderis inter me, et inter terram. *Gen. 9. b*

Arum omnipotens Deus inter se atque homines in signo posuit, ut ultrâ mundum diluvio non deficeret. Unde & in arcu eodem color aquæ, & ignis vix possimul ostenditur: quia ex parte est cerulens, & ex citationis parte rubicundus, ut utrinque iudicij testis sit: unius videlicet facti, & alterius faciendi; id est, quia mundus iudicij igne cremabitur, nam aquâ diluvij non deletur.

CAPUT XL.

De Noë inebriato, cujus nudata verecunda boni filij aversi veniendo texerunt. *Gen. 9. c*

A Verfari dicimus, quod reprobamus. Quid est de præfato: ut a versu in nobis inebriato deponatur, & in arcu eodem color aquæ, & ignis vix possimul ostenditur: quia ex parte est cerulens, & ex citationis parte rubicundus, ut utrinque iudicij testis sit: unius videlicet facti, & alterius faciendi; id est, quia mundus iudicij igne cremabitur, nam aquâ diluvij non deletur.

CAPUT XLI.

Maledictus Chanaam puer, servus erit fratribus suorum. *Gen. 9. d*

Nequaquam severitas inulta remanere peccata permittit, sed ira iudicij à nostra hic correptio dictio non inchoat, ut in reproborum damnatione conquecat, sicut scriptum est: Tempus est ut iudicium incipiatur de domo Dei. Si autem primum à nobis, quis finis eorum qui non credunt Dei Evangelia? Eant ergo nunc in reprobi, & voluntatum suarum desideria inulta iniuste consummunt, atque eò temporalia flagella non sentiant, quod aeterna eos supplicia expectant. Bene autem eorum inulta nequit Cham peccante signata est, cui à patre dicitur: Maledictus Chanaam puer, servus erit fratribus suis. Chanaam videlicet Cham filius fuit. Et quid est quod Cham peccante Chanaam ejus filius tentantium ultionis accipit? Quid est quod non in se, sed in posteritate percutitur, nisi quod reproborum nequitia hic quidem inulta proficiunt, sed in posterum feriuntur?

CAPUT XLII.

Venite descendamus, et confundamus ibi lingua eorum. *Gen. 11. b*

Dicitur eis qui aderant, Venite: quia nimis hoc ipsum nunquam à divina contemplatione decrescere, in divina contemplatione semper ad- crescere est: & numquam à corde recedere, quasi quodam stabili motu est semper venire. Quibus & dicit: Descendamus, & confundamus ibi linguam eorum. Ascendent Angeli in eo quod creatorum conspicunt: descendant Angeli in eo quod creaturam se in illicitis erigentem examine distinctionis prement. Dicere ergo Dei est, Descendamus, & confundamus ibi linguam eorum, in se ipso eis hoc quod re- & agatur ostendere, & per vim internæ visionis, eorum mentibus exhibenda iudicia occultis mentibus inspirare.

CAPUT XLIII.

Gen. 15. 10. Abraham, dum ad occasum solis sacrificium offerret, insistentes aves perculit, quas & abiebat.

De cavedis superfluis cogitationibus. **S**æpe corda justorum subhortæ cogitationes polluunt, terrena rerum delectationibus tantationibus. Sed dum citius manu sanctæ discretionis abiguntur, festinè agitur, ne cordis faciem caligo tentationis operat, qua hanc jam ex illicita delectatione tangebat. Nam saepe in ipso rationis nostræ sacrificio inopportunè te cogitationes ingenerunt, quæ hoc rapere vel maculare valeant, quod in nobis Deo flentes immolamus. Unde & Abraham cum ad occasum solis sacrificium offerret, & insistentes aves perculit, quas studiosè, ne oblationi sacrificium tarenter, abegit. Sic nos dum in ara cordis holocaustum Deo offerimus, ab immundis his volucribus custodimus, ne maligni spiritus & perverse cogitationes rapiant, quod mens nostra offerre se Deo utiliter sperat.

CAPUT XLIV.

Gen. 18. 4. Quod Abraham tribus viris Angelis occurrit, quibus ipse venientibus extra ostium occurrit, Sara vero post ostium fletit.

De censura spiritus. **D**iscretione magni moderaminis cura carnis requaliter frenanda est, ut serviat, & minimè principia carnis petur, ne quasi domina animum vincat, sed subpostponenda dominio, quasi ancilla famuletur: ut iussa adsit, atque ad natum cordis repulsa dissiliat; ut vix à tergo sanctæ cogitationis appearat, & nuncquam contra faciem recta cogitantis obliquit. Quod bene nobis historiæ sacra lectionis innuitur, cum Abraham tribus Angelis occurritur, ut memoratur. Iste quippe venientibus extra ostium occurrit: Sara vero post ostium substitut. Quid ergo per hunc nobis Abraham occursum innuitur, nisi quod videlet ut vir ac dominus domus spiritualis, noster scilicet intellectus debet in cogitatione Trinitatis claustra carnis excedere, & quasi habitationis infima januam exire? Cura autem carnis ut famina non appareat, & videri jačanter erubescat: ut quasi post tergum viri sub discretione spiritus solis necessarii intenta, nequaquam sciat procaciter detegi, sed verecunde moderari. Cui tamen saepe cum dicitur, ut de se minimè præsumat, & totam se in divina spei fiduciam transferat, despiciat: & cessante studio adesset sibi vita subfida posse diffidit. Unde & hac eadem Sara promissiones Dei audiens ridet, sed ridens corripit, correpta autem protinus fecundatur. Et quæ in juventute vigens fecundari non potuit, annis facta senilibus utero marcescente concepit: quia cum cura carnis sui confidentiam habere desierit, contraspernit ex divina promissione accipit, quod habere à se ex humana ratione dubitavit. Unde bene Isaac, id est risus dicitur, qui generatur: quia cum supernæ spei fiduciam concipit: quid mens nostra aliud quam gaudium parit?

CAPUT XLV.

Gen. 18. b. De tribus viris Sodomam pergentibus ab Abraham suscepis.

De modo divini eloquii per. **A**liquando imaginibus, & ante corporeos oculos ad tempus ex aere assumpis per Angelos loquitur Deus, sicut Abraham non solum tres viros S. Greg. Tom. III.

A videtur potuit, sed etiam habitaculo terreno suscipere: & non solum suscipere, sed eorum usibus etiam cibos adhibere. Nisi enim Angeli quædam nobis in terra nunciantes, ad tempus ex aere corpus assumunt: exterioribus profecto nostris obtutibus non apparerent, nec cibos cum Abraham sumerent: nisi *med.* proper nos solidum aliquid ex cælesti elemento gerstant. Nec mirum quod illi ipsi qui suscepit sunt, modò Angeli, modò Dominus vocatur: quia Angelorum vocabulo exprimitur, qui exteris ministrabant, & appellatione Domini ostenditur, qui eis interius præterat: ut per hoc præsidentis imperium, & per illud claresceret officium ministrandi.

CAPUT XLV.

B Clamor Sodomorum & Gomorrhæorum multiplicatus est, & peccatum eorum aggravatum nimis: descendam, & videbo utrum clamorem, qui venit ad me opere compleverint, an non est ita, ut sciam.

*P*ecatum cum voce, est culpæ actione: peccatum verò etiam cum clamore est culpa cum liberata. Sed quid hoc exemplo nisi nos admonemur, approbatis ne ad proferendam sententiam unquam præcipites esse debeamus, ne temerè indiscreta judicemus. Nec qualibet mala audita nos moveant, nec passim dicta fine probatione credamus. Quod profectò perpetrare pertinemus, si auctoris nostri subtilius facta pensemus. Ipse quippe, ut nos à præcipitate sententia prolatione compesceret: cum omnia nuda, & aperta sint oculis ejus; mala tamen Sodoma noluit auditare judicare, qui ait: *Descendam & videbo urum clanorem, qui venit ad me, opere compleverint, an non est ita, ut sciam.* Omnipotens itaque Dominus & omnia sciens, cur ante probationem, quasi dubitat, nisi ut gravitatis nobis exemplum proponat, ne mala hominum ante præsumamus credere, quam probare? Et ecce per Angelos ad cognoscenda mala descendit, moxque facinorosos percutit, atque ille patiens, ille mitis, ille de quo scriptum est: *Tu autem Domine cum tranquillitate judicas, ille de quo rursum scriptum est: Dominus patiens est reditor, in tanto criminis involutus inveniens, quasi patientiam prætermisit, & diem extremi judicij expectare ad vindictam noluit, sed eos igne judicij ante judicij diem prævenit.* Ecce malum quasi cum difficultate creditum cum audivit, & tamen sine tarditate percussit, cum verum cognoscendo reperit: ut nobis videlicet daret exemplum quod majora crimina, & tardè credenda sunt, cum audiuntur, & citius punienda, cum veraciter agnoscuntur. *Loquar ad Dominum meum cum sim pulvis & cinis.* Sancti omnes quando in Dei visione proficiunt: quantum magis diuinitatis interna conspicunt, tanto magis sensibil est cognoscunt. Nusquam quippe legitur, quod Abraham cinereum & pulverem se esse professus est, nisi cum haberet Dei meritum collocutionem, dicens: *Loquar ad Dominum meum cum sim pulvis & cinis.* Ese enim se aliquem fortasse crederet, si veracem essentiam, quæ super ipsum est, minimè sensisset. At verò ubi ad incommutabilem contemplandum super se caput est, implutus tantæ contemplationis potentia, dum videret illum, nihil se esse nisi pulverem, vidit. Unde & Prophetæ repletus eadem sapientia exclamavit, dicens: *Memento Domine, quod pulvis sumus.*

CAPUT XLVII.

Loquar ad Dominum, cum sim pulvis & cinis. *Gen. 18. c.*

Sunt nonnulli quos census per tumorē non elevat, *In expof. B.* sed misericordia opera exaltant. Et sunt nonnulli, *Iob. 10. c. 17.*

535

qui dum se terrenis opibus abundare conspiciunt, A veras Dei divitias non requirunt, atque aeternam patriam non amant: quia hoc sibi sufficere, quod rebus temporalibus fulciuntur, putant. Non est ergo census in crimen, sed affectus. Cuncta enim quæ Deus condidit bona sunt, sed qui bonis male utitur profectò agit ut quasi per edacitatis ingluviem, eo per quem vivere debuit pane, moriatur. Pauper ad requiem Lazarus venerat, superbum vero divitem tormenta cruciabant: sed tamen dives Abraham fuerat, qui in sinu Lazarum tenebat. Qui tamen auctori colloquens, dicit: *Loguar ad Dominum meum, cum sim pulvis & cinis.* Quid itaque iste divitias suas aestimare noverat, qui semetipsum pulvrem cineremque pensabat? Aut quando hunc res possesse extollerent, qui de se quoque earum videlicet possessore, tam abjecta sentire? Aperte enim cernimus in quo loco se posuerat, qui pulverem se ac cinerem etiam cum Deo loqueretur, aestimabat. Si igitur ita se despicit qui ulque ad honorem divinae collocutionis ascendit, sollicita intentione pensandum est, qua pœna illi feriendi sunt, qui & ad summa non proficiunt, & tamen de minimis extolluntur.

CAPUT XLVIII.

Gen. 19. b

Vim faciebant Loth vehementissime, & jam proximum erat ut frangerent fores, & misserunt manum viri, & introduxerunt ad se Loth, clauseruntque ostium, & eos qui erant foris percussere cecitate à minimo usque ad maximum, ita ut ostium inveneri non possent.

De electorum innocentia contra pravorum iniurias munera.
In expof. B. Job. 16. c. 13. post med.

Quid est quodd malis adversantibus intra domum Loth reducitur, & munitur, nisi quod justus quicquid dum pravorum iniurias sustinet ad mentem revertitur, & imperterritus manet? Sodomita autem viri in domo Loth invenire ostium nequeant: quia corruptores mentum contra vitam justi nullum accusationis aditum deprehendunt. Percussi enim cecitate, quasi dominum circumeunt, qui invidentes facta dictaque perscrutantur. Sed quia eis de vita justi fortis undique ac laudabilis actio obviat, errantes nil aliud quam paritem palpat.

Gen. 19. b

Et Loth ardenter Sodomam fugiens, sed ramen Segor inveniens, nequaquam mox montana consendit.

De continentium celstitudine, & conjugatorum venia.
In cod. reg. paffor. 3. par. 4. 1. adm. 28.

Ardentem Sodomam fugere est, illicita carnis incendia declinare: altitudo vero montium, est munditia continentium. Vel certè quasi in monte sunt, qui etiam carnali copula inherant: sed tamen extra suscipiendo prolis admixtionem debet nullam carnis voluptate solvantur. In monte quippe stare est, fructum propaginis in carne non querere: in monte stare est, carni carnaliter non adhædere. Sed quia multi sunt qui sceleris quidem earnis deferunt, nec tamen in coniugio positi, usus columnodo debiti jura conservant; exit quidem Loth Sodoma, sed tamen mox ad montana non pervenit: quia jam damnabilis vita relinquitur, sed adhuc celstido conjugalis continentis subtiliter non tenetur. Est vero in medio Segor civitas, quæ fugientem salvet & infirmum: quia videlicet cum sibi per incontinentiam miscentur conjuges, & lapsus scelerum fugiunt, & tamen veniam salvantur. Quia parvam quippe civitatem inveniunt, in qua ab ignibus defendantur: quia

conjugalis haec vita, non quidem in virtutibus mira est, sed tamen à suppliciis secura. Unde idem Loth ad angelum dicit: *Est civitas hic juxta ad quam pos. ibidem, sim fugere parva, & salvabor in ea.* Numquid non modica est, & vivet in ea anima mea? Juxta igitur dicitur, & tamen ad salutem tuta perhibetur: quia conjugalis vita nec à mundo longè divisa est, nec tamen a gaudio salutis aliena. Sed tunc in actione hac vitam suam conjuges, quasi in parva civitate custodiunt: quando pro se affluis depreciationibus intercedunt. Unde rectè per Angelum ad cundem Loth dicitur: *Ecce etiam in hoc suscepit preces tuas, ibidem, ut non subvertam urbem pro qua locuimus es:* quia videlicet cum Deo depreciatione funditur, nequaquam talis conjugum vita damnatur. De qua depreciatione Paulus quoque admonet, dicens: *Nolite frangere invicem, nisi forte ex consensu ad tempus, us vacatis orationi.*

CAPUT L.

Igitur Dominus pluit super Sodomam & Gen. 19. b Gomorram sulphur & ignem.

Quid in sulphure nisi factio carnis; & quid per Dei iugum, nisi ardor carnalis desiderij exprimitur? *rum in iniqua-* Cur ergo habitantium Sodomis vel Gomorra, car- *lis perficitur.* *In expof. B. Job. 1. 14.* nis sclera punire Dominus decrevit, in ipsa qua- litate ultionis, notavit maculam criminis. Sulphur *ad perversem habet, ignis ardorem.* Qui itaque *c. 10.* ad perversem desideria ex carnis factore arferant, dignum fuit ut simul igne & sulphure perirent: quatenus ex iusta pœna disserent, ex injusto desiderio quid fecissent.

CAPUT LI.

De Abraha conjugi in sepulcro duplice Gen. 23. 4 sepulta.

Quid nobis per Abrahā duplex sepulcrum inveniuntur, nisi quod perfectus quicunque prædicator extinctam à praesentis vita desideria animam suam, sub bonæ operationis tegmine, & contemplativa platiisque vita, sub activa contemplativa vita, quasi infensibilis lateat, quæ prius mundi desideria sentiens, mortaliter vivebat. Unde & per egregium prædicatorem dicitur: *Mortui enim es sis, & vita vestra ab Col. 3. 2 scindita est cum Christo in Deo.* Activa quippe vita sepulcrum est: quia à pravis nos operibus mortuus tegit. Sed contemplativa perfectius sepelit: quia à cunctis mundi actionibus funditus dividit. Quisquis ergo jam in se contumelias carnis edomuit: superest ut mentem per studia sanctæ operationis exerceat secreta. Et quisquis jam mentem per sancta opera dilatat: superest ut hanc usque ad intimam contemplationis extendat. Neque enim perfectus prædicator est, qui vel propter contemplationis studium operanda neglit, vel propter operationis instantiam contemplanda postponit.

CAPUT LII.

Ad Rebeccam in Isaac conjugio deducendam Gen. 24. 4 puer mittitur.

AD Rebeccam in Isaac conjugio deducendam puer mittitur: Quia videlicet ad desponsandam Ecclesiam Domino, interposita prophetia fa- *In expof. B. Job. 16. 3. c. 19.* mulatur.

CAPUT LIII.

Gen. 24. 4. Pone manum tuam subter femur meum, ut adjurem te per Dominum Deum cali & terre, ut non accipias uxorem filio meo de filiabus Chananæorum inter quos habito; sed ad terram, & ad cognationem meam proficiscaris, & inde accipias uxorem filio meo Isaac.

Liber perstrictum quedam de Abraham, & Isaac historia ad medium deducere, ut possumus in ipsis, que secundum allegoriam intelligenda sunt, apertius demonstrare. Abraham quippe, puerum vocat, & subter femur ejus manum ponere præcipitur, ut sicut haberet vetusta translatio, per Doxoris Isaac filio in comment. Ezech. minum Deum cali iusjurandum præberet. Cui statim Isaac filio suo uxorem de filiabus Chananæorum accipiat, jubet, sed ut ad ejus cognationem perget, atque inde ei uxorem deducat. Qui itaque ut præceptum est, manum sub femore poluit Abraham & juravit, atque ex bonis omnibus Domini sui tuit, & Mesopotamiam perrexit. Sive qui stans iuxta fontem aquæ orando propositu: quod puella cui diceret, Inclina hydram tuam ut bibam, & illa responderit: Bibe, quin & camelis tuis dabo potum; ipsa esset axor Domini sui Isaac. Protinus Rebecca egreditur. Quia puer aquam petenti respondit: Bibe, Domine mihi. Et celeriter hydram subter ulnam depositus, potum dedit, quin etiam camelis aquam haust & præbuit. Cui puer protinus inaures aureas appendentes siclos duos, & armillas pondus siclorum decem præbuit. Quæ requisita, & genus dixit, & quia in domo patris ejus esset locus spatioſus ad manendum, & quod palearum ac fœni plurimum haberet indicavit. Cui Rebecca frater erat nomine Laban: qui festinus egressus est, & inaures, siclos atque armillas fororis videns, intus puerum vocavit, eique paleas & fœnum dedit. Aquam ad lavandos pedes camelorum & virorum qui cum eo venerant præbuit. Panem in conspectu ejus apposuit: sed puer comedere recusat, nisi prius causam conjugij filio Domini sui obtineat. Qui mox ut caufam obtinuit, prolatis valvis aureis & argenteis ac vestibus Rebeccæ munera auxit, fratribus autem & matri munera obtulit. Rebecca autem & puella illius ascensio camelis virum secura sunt, qui festinus ad Dominum suum revertens est. Ea autem tempore, Isaac deambulabat per viam quæ dicit ad puteum, cuius nomen est viventis & videntis. Habitabat vero in terra australi. Egressus fuerat ad meditandum in agro inclinata jam die. Sed mox ut Rebecca Isaac vidit, de camelo descendit, puerum requirit, dicens: Quis ille homo esset, qui per agrum veniret? Cui ille respondit: Ipse est Dominus meus. At illa tulit pallium, sese operuit: quam Isaac in tabernaculum Saræ matris introduxit, & accepit uxorem, atque in tantum dilexit, ut dolorum, qui ex morte matris accelerat, temperaret.

Quid est, quod Abraham puerum jubet sub femore suo manum imponere, & per cali Dominum jurare: nisi quod illius caro per illud membrum descensura erat, qui & Abraham filius esset ex humanitate, & Dominus ex divinitate? Sic itaque puer dicitur: *Pone manum tuam sub femore meo, & jura per Deum cali.* Ac si aperte diceret: Tange filium meum, & jura per Dominum meum. Unde nec super femur, sed sub femore manum ponere jubetur: quia ex illo femore ille descensurus erat, qui homo quidem, sed super omnes homines veniret. Unde dignum non fuit, ut manum super femur poneret:

A quia nulla caro super illam carnehæ est, quam in redēptione nostra sibi Patris unigenitus univit. Quid est, quod Isaac dilecto filio uxori de filiabus Chananæorum duci prohibetur, nisi quod ille de quo scriptum est: *Hic est filius mens dilectus, in quo mihi complacui,* nulli reprobæ animæ conjungitur? De cognatione autem uxorem filio deducere servus præcipitur: quia sola sancta electorum Ecclesia unigenito filio copulanda erat, quam ipse unigenitus ex prædestinatione jam, & præsenta extraneam non habebat. Quis vero est pater, qui ad deducendam uxorem mittitur, nisi Prophetarum ordo atque Apostolorum omniumque Doctorum? Qui dum verbuni prædicationis bonis mentibus faciunt, ad unamquamque animam unigenito filio conjugandam, quasi provisores sunt. Qui pergens secum de bonis omnibus Domini sui detulit: quia in his quæ de Domino loquuntur in semetipſis virtutum divitias ostendunt; & tandem citius ad sequendum Deum pertrahunt, quando auditoribus suis in semetipſis monstrant, quod enarrant. Atque idem puer juxta fontem steret, atque ex præfixa sententia, quæ puella eligenda esset, proposuit: quia prædicatores sancti faci eloquij fluenta considerant, atque ex ipsis colligunt, quæ vel quibus prædicationis sua verba committant, & ex quibus auditoribus fiduciam certitudinis sumant. Potum vero petiit, quia prædicator omnis animam sui auditoris sitit. Sed Rebecca potum præbuit, quia sancta electorum Ecclesia prædicatorum suorum desideria ex virtute sue fidei satisfecit. Quia enim Deum quem audivit confessus est, prædicatori suo aquam refectionis obtulit, ejusque animum refrigeravit. Et notandum quod hydram ab humero in ulnas posuit, quia illa est placita confessio, quæ à bono opere procedit: vel certè aquam præbuit, quia in eo quod credidit, vacua non remansit. Nam mox prædicare studuit, quod audivit, & docendo, multos ex se prædicatores protulit. Aqua quippe in hydria est prædicationis scientia in mensura: quia sancta Ecclesia studet non plus sapere quam oportet, sed sapere ad sobrietatem. Et hydria aqua in ultro, est doctrina prædicationis in opere. Quæ non solùm ejus comitibus, sed potum etiam camelis præbet: quia verbum vita non solùm prudentibus, sed etiam stultis prædicat, iuxta Pauli vocem dicentis: *Sapientibus & insipientibus debitorum sum.* Vel certè aqua etiam jumentis datur, quando cura carnis quomodo sit habenda disponitur, & ex voluptate impendi non debeat, & tamen in necessitatibus non negetur, sicut scriptum est: *Carnis curam ne feceritis in desideriis.* Qui enim hanc in desideriis fieri prohibet, proculdubio in necessitate concedit iuxta hoc quod rursus dicitur: *Nemo carnen suam odio habuit, sed nutrit & fovet eam.* Puer autem Rebecca inaures & armillas dedit: quia prædicator quippe & auditum sanctæ Ecclesiæ per obedientiam, & manus per bona operationis meritum exornat. Sed inaures duorum siclorum sunt, armillæ autem siclorum decem: quia prima virtus obedientiae, in charitate est; quæ videlicet charitas in duobus præceptis distinguitur, ut Deus, & proximus diligatur. Et recta operatio ex decalogi completione perficitur, ut cum bona agi cuperint, in alia jam nulla perpetrentur. Rebecca autem cum esset in domo patris sui, locum spatioſum ad manendum peribuit: quia priori iam populo nature legem sancta Ecclesia se scilicet monstravit, & prædicationis verba in ample charitatis gremio suscepit. Doctori enim spatioſum ad manendum locus est in auditoris corde latitudo bonitatis. Unde & quibusdam dicitur: *Capite nos, neminem lassimus, neminem corruptimus. Non angustiamini in nobis, angustiamini autem in visceribus vestris.* Ac si eis aperte diceretur: Ad suscipiendam doctrinam spatioſum locum mentis facite, sed ad cogitanda carnalia angusti remane-

L. iij

2. Cor. 7: Non angustiamini in nobis, angustiamini autem in visceribus vestris. *Ibidem 6: Ad suscipiendam doctrinam spatioſum locum menteſ facite, sed ad cogitanda carnalia angusti remane-*

1. Cor. 9.

tc. Quod palearum ac fœni plurimum haberet, in-dicavit: quia sancta Ecclesia verba vita audiens, terrena stipendia predictoribus reddidit, quæ dum Paulus quasi pro nihilo acciperet, dixit: *Si nos vo-bis spiritalia seminarimus, magnum est si à vobis carnalia metamus?* Frater autem Rebecca erat La-ban, qui concitè egressus, inaures & armillas for-toris aspiciens, intus puerum vocavit: quia sunt car-nales quique fidelibus conjuncti, qui dum spiritua-lum dona conspiciunt, in admiratione hospes, & si non usque ad opera, tamen in animam usque ad suscipiendam fidem verbum prædicationis admittunt. Quia enim bonos sepe miraculis fulgere con-siderant, ea quæ de æternitate audiunt non recusant. Quamvis sanctam electorum Ecclesiam moribus non sequentes in carnali operatione remaneant. Qui La-ban paleas, foenum, aquam, panem obtulit: sed puer nisi causam prius conjugij obtineret, accep-turum se esse recusavit. Quia sunt plerique qui do-ctores suos ex temporalibus stipendiis contemnere parati sunt; sed prædictores sancti percipere nolunt temporalia, nisi prius obtineant eterna. Si enim in animabus fructum non inveniunt, sunere stipen-dia corporalibus contemnunt. Hi pedes aquâ lavant: quia laborem sui desiderij nulla consolatione relevant. Mox vero ut causam conjugij domino suo puer obtinuit: vasa aurea atque argentea ac vestes protulit, quas Rebecca dedit; quia doctores sanctæ Ecclesie tot ornamenta præbent, quo virtutum bona docuerunt. Quia enim prius inaures, armillas acceperat, jam nunc vasa aurea & argentea ac vestes accepit; quia sancta Ecclesia qua ante per fidem, obedientiam, & operationem percepit, excrescens postmodum etiam ad spiritualia dona convalescebit: ut prophetia spiritu, & virtutum gratia repleta, ampliatis jam munieribus dat. Puer vero matri ejus ac fratribus dona obtulit: quia gentilitas ex quo Ecclesia ad fidem venit, post conversionem ejus in glo-ria temporali convaluit, sicut & nunc cernimus: quia plerumque Christiani afflictionem sentiunt, & gentiles quique in terrena virtute gloriantur. Sed & fratres ejus dona percipiunt: quia iij qui eam fidem verbotenus tenent, sed tamen profectionem suam moribus non sequentes, carnaliter vivunt, benignè à fidelibus honorati solent, pro eo quod esse fidèles videntur. Mater ergo & fratres dona percipiunt, à forte tamen hereditatis alieni; quia sive infideles seu carnales qui intra fidei professionem tenentur, ad hereditatis æternae fortis non veniunt, sed tamen superne largitatis gloriam temporaliter non sequun-tur. Rebecca autem cum pueris suis puerum sequuta est: quia sancta Ecclesia habet secum minoris meriti animas foedales suos. Nam & si in quibusdam per ascensum mentis in throno contemplationis non ha-bent, quæ videlicet tales animæ quasi pueræ Rebecca sunt: quia sequuntur moribus, sed tamen ad contemplationis thorum minimè ascendunt. Nam & idem puer quosdam habuit in comitatu: quia & cum sanctis Prophetis fuerunt quidam qui bene vi-verent, & prophetæ spiritum non haberent, & cum sanctis Apostolis atque Doctoribus fuerant ple-riquæ, qui vitam mortibus tenerent, sed prædica-tions verba non promerent. Festinus autem puer ad dominum redit, quia prædictores sancti cum prædicando vitam audiuentibus obinent, illi mox gratias reddunt de cuius hoc munere percepunt, ut sibi in ea operatione nil tribuant, sed auctori. Eo autem tempore Isaac deambulabat per viam quæ ducit ad puteum, cuius nomen est viventis. & videntis. Quis est vivens, & videns nisi omnipotens Deus? de Deut. 32. f quo scriptum est: *Vivo ego in aeternum, dicit Domi-nus.* De quo rursus dicitur: *Omnia munda & aperta sunt oculis ejus.* Puteus vero viventis & videntis, est sacra scriptura profunditas: quam nobis ad irri-gationem mentis præbuit omnipotens Deus. Que-

A est autem via quæ ducit ad puteum videntis & vi-ventis, nisi humilitas passionis unigeniti, per quam nobis apertum est hoc, quod prius latenter scripturæ fluenta loquebantur? Nisi enim unigenitus Deifilius incarnatus, tentatus, apprehensus, colaphis cæsus, sputis illitus, crucifixus ac mortuus fuisset, nobis hujus ptei, id est scripturæ sacre profunditas non pateret. Quid ergo fidelibus humilitas passionis ejus facta est, nisi clavis operationis, per quam mysteriorum Dei puteum invenimus, ut aquam scientiæ de profundo biberemus? Incarnationem quip-pe, passionem, mortem, resurrectionem, atque as-censionem illius faci cloquij pagina loquuntur. Quæ quia facta cognovimus, iam nunc intelliga-mus auditæ: hæc autem prius legi poterant, sed quia needum evenerant, intelligi non valebant. Unde & per Joannem dicitur: *Vicit leo de tribu Iuda aperi-re librum, & solvere signaculæ ejus.* Ipse enim li-brum aperuit, & signaculæ illius solvit, qui nascen-do, moriendo, resurgendo, atque caros ascenden-do, scripturæ sacre nobis arcana patetfecit. Et no-tandum, quid non dicitur ambulabat per viam quæ ducit ad puteum, sed deambulabat. Deambulat quippe, qui viam per quam ambulat cundo, & re-deundo conculeat. In humilitatem autem passionis Dominus deambulavit: quia modò à Judæis verbo-rum contumelias, modò contra se falsum testimo-nium, modò alapas, modò spuma, modò spicem coronam, modò crux tolerando sustinuit. De-ambulasse ergo in humilitate passionis est, tot ad-verstites, & probra diversis modis iterando per-tulisse. Qui Isaac Rebecca veniente in terra austri-ali habitat, quia unigenitus Dominus ac Redemptor noster veniente ad se Ecclesia in illorum mentibus manxit, quos ex Judæa editos non torporis frigus, sed fervor charitatis tenuit. Ex illo quippe populo Anna Prophetissa, ex illo Simeon exituit, qui in ul-nas Dominum accepit. Egressus autem fuerat ad meditandum in agro, quia ager mundus accipitur, ipse per se Dominus exponit, dicens: *Ager autem est Matth. 13. mundus, qui in hoc egressus est, quid visibilis ap-pare dignatus est, sicut scriptum est: Existi in sa-lutem populi tui, ut salvos facias Christos tuos.* So-lent autem exercitati juvenes, in armorum usum meditari. Isaac ergo ad meditandum in agro exiit, quia Redemptor noster se sequentibus formam hu-militatis præbens, per exercitum longanimitatis suæ passionis in se, & patientia exempla monstra-vit. Meditatio quippe armorum est, frequentatio passionum. Qui enim verba, manum, lanceam, crucem pertulit, passionem suam usque ad mortem in se frequentari permisit. Passiones vero arma dici-mus, quia per ipsas ab adversario occulto libera-mur, sicut per seipsum Dominus dicit: *In patientia Lu. 11. vestra possidebitis animas vestras.* Qui ad meditandum in agro inclinata jam die exiit: quia passionum exercitia juxta finem mundi suscepit, sicut per Psal-mistam de crucifixionis suæ expressione loquitur, di-cens: *Elevatio manuum mearum sacrificium vespere-ri psal. 140.4 num.* Quid est autem quid Rebecca ad Isaac dorso camelii deducitur, nisi quid per Rebeccam, sicut præfatis sumus, Ecclesia, & per camelum cui præsidet, tortus moribus atque onustus idolorum culti-bus gentilium populus designatur? Qui enim ex semetipso sibi invenire deos quos colerent, quasi à semetipso eis onus in dorso excreverat, quid portar-ent. Rebecca ergo ad Isaac veniens dorso camelii deducitur: quia ad Christum ex gentilitate Ecclesia properans in tortis vitiosisque vita veteris conver-sationibus invenitur. Quæ ut vidit Isaac de camelio descendit, quia sancta Ecclesia quād Redemptorem suum subtilius agnoscit, tantò carnalis vitæ studia humilius deserit, atque in semetipso tortitudinem vitiosam contradicit. Isaac igitur viso descen-dit, quia Domino cognito vitia sua gentilitas dese-

Rm. 7. d
ruit, & ab elatione celitudinis ima humilitatis petit. Quid est autem quod Isaac in camelio sedens Rebecca conspergit, nisi quod Redemptorem suum Ecclesia ex gentibus veniens, dum adhuc virtus esset innixa, & nequam spiritualibus, sed animalibus moribus inhæret, ascendit? Nec movere debet quod puer quoque cum camelis venerat, in quibus sui Domini divitias ferrebat: quia ipsi quoque prædictores sancti quamvis jam ad superiora intelligenda atque profera intellexerunt, & vita micant, adhuc tamen in semetipsum contradictionem carnis sentiunt. Nam vident aliam legem in membris suis repugnantem legi mentis sua, & captivum se ducentem in lege peccari, & divitias in camelis portant: quia ne magnitudo revelationum extollat eos, datus est eis stimulus carnis sua. Habent enim thesaurum istum in vasis fictilibus, ut sublimitas sit virtutis Dei, & non eorum. Qui ergo per carnem cælestia loquuntur, & tamen adhuc in carne contradictionem de vitio sentiunt, quid aliud quam super tortuosa camelorum dora divitias ferunt? Rebecca vero Isaac viso, quis ille homo sit, requirit puer cognoscit; quia quotidie sancta Ecclesia adhuc Prophatarum atque Apostolorum dicta, quid de Redemptore suo credere debeat, intelligit. Quæ se inox pallio operuit, quia quantum subtilius Salvatoris sui mysteria penetrat, tanto altius de anteacta sua vita confunditur. Et quia perversè erigit, verecundatur, pallio se operire curavit: quia viso Domino infirmitatem sua actionis erubuit, & illa quæ prius in camelio liberè gestabatur, descendens postmodum verecundia tegitur. Unde eidem Ecclesia à priore clatione conversa per Apostolicam vocem quasi Rebecca de camelio descendentib[us] sibique pallium superducenti dicitur: *Quem enim fructum habuistis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis?* Quam Isaac in tabernaculum sua matris introduxit, atque uxori accipit: quia illuc synagogæ Dominus ex qua per carnem natus est sanctam Ecclesiam diligit, etiamque sibi in amore, & contemplatione conjungit: ut quæ prius proxima ex cognitione, eidem cognita per prædestinationem fuerat, postmodum jam conjuncta in amore continuo uxor fiat. Quam in tantum dilexit, ut dolorem qui ex morte matris acceperat, temperaret: quia ex lucro sanctæ Ecclesie Redemptor noster in eam, quæ ex perditione synagogæ accidere potuit, tristitiam, decepsit. Dum enim Rebecca conjungitur, dolor de matris morte amputatur: quia dum sancta Ecclesia ex gentilitate veniens, usque ad thorum contemplationis perdicitur, Iudea pro nihilo habetur. Quod si interpretari ipsa eorum nomina curamus, Isaac risus, Rebecca autem patientia, dicitur. Risus vero ex latitia est, patientia autem de tribulatione. E quavis sancta Ecclesia jam in caelis sit gaudij contemplatione suspensa, habet tamen adhuc quod trieste de mortalis carnis pondere toleret. Isaac vero & Rebecca junguntur, id est risus & patientia permiscuntur: quia fit in sancta Ecclesia hoc quod scriptum est: *Spe autem gaudentes, in tribulatione patientes,* ut hanc & prospera de contemplatione lætificant, et adhuc aduersa de tribulatione perturbent.

Rom. 5.

Rom. 12.

CAPUT LIV.

Gen. 25. d
Deprecatus est Isaac Dominum pro uxore sua, è quod esset sterilis: qui exaudiuit eum, & dedit conceptum Rebecca.

De effectu prædestinationis. In commentario dialogorum lib. 1. c. 8.
EA que sancti viri orando efficiunt, ita prædestinata sunt, ut præcibus obtineantur. Nam ipsa quoque perennis regni prædestinationis, ita est ab omnipotente Deo disposita, ut ad hoc electi ex labore perveniant: quatenus postulando mercantur accipere, quod eis omnipotens Deus ante facula

A disposuit donare. Quod utrum ita sit concitè valet probare. Certè etenim novimus quod ad Abraham Deus dixit: *In Isaac vocabitur tibi semen. Cui etiam Gen. 21. dixerat, Patrem multarum gentium constitui te, cui rursum promisi, dicens: Benedic te: & multiplicabo semen tuum sicut stellas caeli, & velut arenam, Gen. 12. que est in littore mari.* Ex quare aperte constat, quia omnipotens Deus semen Abraham multiplicare per Isaac prædestinaverat, & tamen scriptum est: *Deprecatus est Isaac Dominum pro uxore sua è quod esset sterilis, qui exaudiuit eum, & dedit conceptum Rebecca.* Si ergo multiplicatio generis Abraham per Isaac prædestinata fuit, cur conjugem sterilem accepit? Sed nimurum constat quia prædestinatio precibus impletur, quando Isaac in quo Deus multiplicari semen Abraham prædestinaverat, oratione obtinuit, ut filios habere potuisset.

B

CAPUT LV.

Factus est Esau vir gnarus venandi, & Gen. 25. d homo agricola.

Jacob autem vir simplex habitavit in tabernaculo, vel sicut in alia translatione dicitur, habitabat domi. Quid enim per venationem Esau, nisi eorum vita figuratur, qui in exterioribus voluptatibus fusi carnem sequuntur? Qui etiam agriculta esse describitur: quia amatores hujus seculi tantò magis exteriora colunt, quamq[ue] interiora sua inculta derelinquent. Jacob vero simplex in tabernaculo vel in domo habitare perhibetur: quia nimurum omnes qui in curis exterioribus spargi refugiunt, simplices in cogitatione atque in conscientia sua habitatione constitunt. In tabernaculo enim, aut in domo habitare, est se intra mentis secreta restringere, & nequam exeriori per desideria dissipare: ne dum ad multa foris inhiant, & semetipsum alienati cogitationibus recedant.

De reprobatione agricultorum viarum, & electorum profectibus.
In expos. B. tab. 1. s. c. 8. & post med.

CAPUT LVI.

De Esau, quod ad lenticulam primogenitura Gen. 25. d sua fratri vendidit.

Sciendum est quia quinque nos modis gula. vi. De refreshmenta gula. concupiscentia. In expos. B. 1. s. c. 43. tentat. Aliquando namque indigentia temporis prævenit: aliquando vero tempus non prævenit, sed cibos lazieres querit: aliquando quilibet sumenda sunt preparari accuratiū expedit: aliquando autem, & qualitatib[us] ciborum & temporis congruit, sed in ipsa quantitate sumendi mensuram moderatæ refractionis excedit: nonnunquam vero & abjectius est quod desiderat, & tamen ipso astu immensi desideri deterius peccat. Quæ viitorum tempora melius ostendimus, si hoc exemplis evidenteribus approbemus. Mortis quippe tentationem patris ore Jonathas meruit: quia in gustu mellis constitutum edendi tempus antecellit. Et ex Aegypto Num. 11. populus educitus in eremo occubuit: quia despecto manna cibos carnium petuit, quos lazieres putavit. Et prima filiorum Heli culpa suborta est, quod ex eorum voto sacerdotis puer non antiquo more coactas vellet de sacrificio carnes accipere, sed crudas quereret: quas accuratiū exhiberet. Et cum ad Hierusalem dicitur: *Hec fuit iniq[ue] Sodome Ezech. 16. f. fororis tuae, superbia, satanas panis, & abundancia, aperte ostenditur quod idcirco salutem perdidit, quia cum superbia vitio mensuram moderatæ refractionis excessit.* Hinc primogenitorum gloriam Esau amisit: quia magno astu desiderabilem cibum, id est lenticulam concupivit, quam dum venditis etiam primogenitis prætulit, quo in illam appetitu anhelaret, indicavit. Neque enim cibus, sed appetit.

1. Reg. 14.

Num. 11.

1. Reg. 12.

tus in vitio est. Unde laetiores cibos plerumque sine culpa sumimus, & abjectiores non sine reatu conscientie degustamus. Hic quippe quem diximus Esaü, primatum per lenticulam vendidit, & Elias in extremo per virtutem spiritus carnes edendo servavit. Unde & antiquus hostis, quia non cibum, sed cibi concupiscentiam esse causam damnationis intelligit: & primum sibi hominem non carne, sed pomo subdidit: & secundum non carne, sed pane tentavit. Hinc est quod plerumque Adæ culpa committitur, etiam cum abjecta, & vilia sumuntur. Neque enim Adam solus ut à vetito se pomo suspenderet, præceptum prohibitionis accepit. Nam cum alimeta quedam saluti nostræ Deus contraria indicat, ab his nos quasi per sententiam vetat: & dum concupiscentes noxia attingimus, profectò quid aliud quam verita degustamus? Ea itaque sumenda sunt, qua natura necessitas querit, & non quæ edendi libido suggestit: nisi hoc moderata discreto minus cautè prospexerit, illicite se concupiscentia quis voraginem vergat.

Col. 3.

CAPUT LVII.

Gen. 16. e De Isaac qui apud alienigenam gentem putoe fudit, quos Allophylī infidiantes humō implentes replent.

De perfido in exp. B. 106. J. 31. c. 13. **Q**uid nobis per effossos ab Isaac putoeos atque ab Allophyliis repletos innuitur, nisi ut in hac bono ope- peregrationis ærnum positi, cogitationum no- re, & cœstratum profundum penetreremus, quoque nobis vera vendis ex hoc inimici intelligentiae aqua respondeat, nequaquam nostra subreptio- inquisitionis manus ab exhaustiæ cordis terratoribus. *Ezech. 3.* pefcat? Quos tamen putoeos Allophylī infidiantes replent: quia nimur immundi spiritus cum nos studiosè cor fodere conspiciunt, congestas nobis tentationum cogitationes ingerunt. Unde semper mens evacuanda est, incessanterque fodienda, ne si indisputa relinquatur, usque ad tumorem perver- forum operum cogitationum super nos terra cu- muletur. Unde & ad Ezechielem dicitur: *Fili hominis, fode parietem, id est, cordis duritiam crebris persecutiorum iætibus rumpere.*

CAPUT LVIII.

Item unde supra.

In exp. B. 106. c. 8. **S**æpe dum eloquiis sacris intendimus, malorum spirituum infidias gravius toleramus: quia men- ti nostræ terrenarum cognitionum pulvrem asper- gunt, ut intentionis nostræ oculos à luce intimæ vi- fionis obseurent. Quod etiam in Isaac opere Allo- phylorum pravitate cognoscimus designari, qui putoeos quos Isaac foderat terræ congerie repelbant. Hos enim nos nimur putoeos fodimus, cum in scriptura sacræ abditis sensibus alta penetramus, quos tamen occulte replent Allophylī, quando no- bis ad alta tendentibus immundi spiritus terrenas cognitiones ingerunt, & quasi inventam divinæ scientiæ aquam tollunt. Quod nimur Psalmista pertulerat cum dicebat: *Declinate ante maligni, & scrutabor mandata Dei mei:* videlicet patenter infi- nuans, quia mandata Dei perscrutari non poterat, cum malignorum spirituum infidias in mente tol- erabat.

CAPUT LIX.

De benedictionibus Jacob, & Esaü.

Gen. 27. 4 De myste- riorum. Jacob, quod alter ad venatum mittitur, ut be- dictionum nedicatur, alter vero per suppositionem matris à pa-

A tre benedicatur, nisi juxta sacra lectionis historiam Jacob & pascitur? In qua videlicet historia si ad intellectum paulò subtilius astringatur, videtur quia Jacob pri- mogeniti benedictionem non per fraudem subri- puit, sed ut sibi debitam accepit, quam concedente te med.

Esaü. In comment. Ezech. 1. 1. hom. 6. ann. fratre de lentis mercede comparavit. At vero si quis altius sentiens utrorumque facta velit per allegoria arcana discutere, protinus ab historia in mysterium surgit. Quid est enim quod Isaac de majoris filii sui venatione vesci concupiscit, nisi quod omnipotens Deus Judæi populi bona operatione paci deside- rabat? Sed illo tardante, minorem Rebecca suppo- suit: quia dum Judæus populus bona opera foris querit, gentilis populum mater gratia instruxit, ut omnipotenti Patri cibum boni operis offerret, & benedictionem majoris fratris acciperet, qui col- dem cibos ex domesticis animalibus prebuit: quia gentilis populus placere Deo de exterioribus sacrificiis non querens per vocem Prophetæ dicit: *In me psal. 55. sunt, Deus, vota tua, qua redam laudationes tibi.* Quid est quod idem Jacob manus ac brachia & col- lum hædini pellibus texit, nisi quod hædis pro peccato offerri confuevit? Et gentilis populus dum se peccatorem confiteri non erubescit, carnis in se peccata mactavit. Quid est quod vestimentis fratris majoris induitur, nisi quod sacra scriptura præcepit, quæ majori populo data fuerant in bona ope- ratione vestitus est? & eis minor in domo uitur, quæ major foras exiens intus reliquit: quia ille gen- tilis populus præcepta tenet in mente, quæ Judæus populus habere non potuit, dum solam in eis litteram attendit. Et quid est, quod Isaac eundem filium nescit, quem benedit, nisi hoc quod de gentili populo Dominus per Psalmistam dicit: *Psal. 17. pulus, quem non cognovi, servivit mihi: ob auditum auris obedivit mihi.* Quid est quod præsentem non videt, & tamen qui in futuro venient, videt, nisi quod omnipotens Deus cum per Prophetas suos prædicaret gentilitati gratiam prærogandam, eam & in præsenti per gratiam non videt, quia tunc in errore dereliquit, & tamen quia hanc quandoque collecturus erat benedictionis gratiam prævidit?

Unde & idem Jacob gentilis populi figuram teneret, eique in benedictione dicitur: *Ecce odor filij mei sicut Gen. 27. odor agri pleni cui benedixit Dominus.* Sicut enim in

Evangelio Veritas dicit: *Ager est hic mundus, & Luc. 16. 17. Math. 13.*

D *qua gentilis populus ad fidem perductus per electos suis in universo mundo virtutibus redolet: odor filij, odor est agri pleni.* Alter namque olet flos uvæ: quia magna est virtus, & opinio prædictorum, qui inebrians mentes audientium. Alter flos olive: quia suave est opus misericordia, quod more olei refovet & lucet. Alter flos rosæ: quia mira est fra- grantia que rutilat & redolet ex cruore martyrum. Alter flos lilij: quia candida vita carnis est de incorruptione virginitatis. Alter flos violæ: quia magna est virtus humilium, qui ex desiderio loca ultima tenentes, se per humilitatem à terra in altum non sublevant, & cœlestis regni purpuram in mente servant. Alter redolet spica cum ad maturitatem perducitur, quia bonorum operum perfec- ad satietatem eorum, qui justitiam eslunt præparatur. Quia ergo gentilis populus in electis suis ubi- que per mundum sparsum est, & ex eis virtutibus quas agit, omnes qui intelligentem odore bonæ opinio- nis replet, dicatur recte: *Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni.* Sed quia easdem virtutes ex semetipso non habet, adjungit: *Cui benedixit Dominus Deus.* Et quoniam electorum populus per quosdam etiam in contemplationem surgit, per quosdam vero in activa vita solummodo opera pinguiscit, recte illuc additur: *Det tibi Deus de rore cœli, & de pinguedine terra.* Ros enim defuper & subtiliter cadit, & to- ties de rore cœli accipimus, quoties per infusionem contemplationis intimæ de supernis aliiquid tenuiter videmus.

Rom. II.
videmus. Cūm verò bona opera etiam per corpus agimus, de terræ pinguedine ditamur. Quid est autem quod Elai tardè ad patrem reddit, nisi quod Iudaicus populus ad placandum Dominum serò revertitur? cui & hoc in benedictione dicitur: *Tem-
pusque erit cūm solvatur jugum de collo tuo: quia à
servitute peccati Iudaicus populus in fine liberabitur,* sicut scriptum est: *Donec plenitudo gentium in-
troiet, & sic omnis Israel saluus fieret.*

CAPUT LX.

Gen. 27. d De Isaac qui caligantibus oculis dum Jacob filium suum nesciens benediceret, que in futuro ventura erant, prævidebat, & qui coram eo præsens adserit, nesciebat.

De igno-
rancia Iu-
niorum. In-
de Redemptor
noster occu-
ris nos-
tris. Lerter inquirere ubi Christum nasciturum esse præ-
dicto. B. scirent. Cui protinus responderet: In Beithleem.
Iob. 35. c. 9. Inde. Priùs ergo noverunt, quem passionis tempore dum despicerent, ignorabant. Quorum & notitia prior, & ignorantia posterior, bene ac breviter Isaac caligantibus signatur: qui dum Jacob benediceret, & quid eveniret in futuro prævidebat, & quis illi præsens assisteret, nesciebat. Sic quippe Israëlitarum populus fuit, qui prophetæ mysteria accepit, sed tamen eacos oculos in contemplatione tenuit: quia eum præsentem non vidit, de quo multa in futuro prævidit. Ante se enim positum nequaquam cernere valuit, cuius adventus potentiam longè antè nunciauit.

CAPUT LXI.

Gen. 28. c Igitur egressus Jacob de Bersabee pergebat Aram.

De docto-
ri audito-
re. In expo-
f. B. lob. 35. c. 22. Cumque venisset ad quandam locum, & vellet in eo requiescere post solis occubitum, tulit de res suis cō- lapidibus qui jacebant, & supponens capiti suo, dormivit in eodem loco, vidiisque in somnis scalam stantem super terram, & cacumen illius tangens caelos, Angelos quoque ascendentēs & descendētēs super eam, & Dominum innixum scalæ. In itinere quippe dormire est, in hoc præsentis vitæ transitu rerum temporalium amore quiescere. In itinere dormire est, in dierum labientum curlo ad appetitum visibilium mentis oculos claudere, quos primis hominibus seductor aperuit, qui dixit: *Scit enim Deus quia in quaunque die comedereis ex eo, aperientur oculi vestri.* Unde & paulo post subditur: *Tulit de fructu illius & comedit, deditque viro suo: qui comedit, & aperti sunt oculi amborum.* Culpa quippe oculos concupiscentia aperuit, quos innocentia clausos tenebat. Angelos verò ascendentēs & descendētēs cernere, est cives superna patria contemplari: vel quanto amore auctori suo super se metipos transcendendo inhærent, vel quanta compassione charitatis nostris infirmitatibus descendant. Et norandum valde est, quod ille dormiens Angelos conspicit, qui in lapide caput ponit. Quia nimurum ipse ab exterioribus operibus cessans extera penetrat, quia intenta mente, quæ principale est hominis, imitationem sui Redemptoris observat. Caput quippe in lapide ponere, est mente Christo inhætere. Qui enim præsentis vita actione remotisunt, sed ad superna nullo amore rapiuntur, dormire possunt, sed videre Angelos nequeunt: quia caput in lapide tenere contemnunt. Sunt namque nonnulli, qui mundi quidem actiones fugiunt,
S. Greg. Tom. III.

A sed nullis virtutibus exercentur. Hi nimurum corpore non studio dormiunt, & idcirco interna noti conspiciunt: quia caput non in lapide, sed in terra posuerunt. Quibus nimurum contingit, ut quanto fecuris ab externis actionibus cessant, tanto latius immundus in se cogitationis strepitum per otium congerant. Unde sub Judæa specie per Prophetam torpens otio anima defletur, cūm dicitur: *Vide. Thren. t. prae-
runt eam hostes, & deriserunt sabbata ejus.* Præcepto enim legis, ab exteriori opere in sabbato cessatur. Hostes ergo videntes sabbata irritant, cūm maligni spiritus ipsa vacationis otia ad cogitationes illicitas petrahunt: ut unaquæque reproba anima, quæ remota ab externis actionibus Deo servire creditur, eō magis eorum tyrannidi illicita cogitando famuletur. Sancti autem viri, qui à mundi operibus non torpore, sed virtute sponuntur, laboriosius dormiunt, quād vigilare potuerunt: quia in eo quod actions hujus saeculi deserentes superant, robusto confictu quotidie contra semetipos pugnant: ne mens per negligentiam torqueat, ne subacta otio per desideria immunda refrigescat: ne ipsis bonis desideriis plus justo inferveat: ne sub discretionis specie sibimet parcendo a perfectione languescat. Agit hæc, & ab hujus mundi inquieta concupiscentia penitus subtrahit, ac terrenarum actionum strepitum deserit, & per quietis studium virtutibus intenta vigilans dormit. Neque enim ad contemplanda interna perducitur, nisi ab his, quæ exterius impleant, studiose subtrahatur. Hinc est enim quod per semetipsum Veritas dicit: *Nemo potest duobus dominis servire.* Matth. 6. Hinc Paulus ait: *Nemomilitans Deo, implicat se ne. 2. Tim. 2. gatis secularibus, ut ei placeat, cui se probavit.* Hinc per Prophetam Dominus admonet, dicens:
Vacate & videite, quoniam ego sum Dominus.

7. 43.

CAPUT LXII.

Item unde supra.

Quid per Jacob, nisi prædicatorum persona de- In ep. ex rea.
signatur? Predicatores quippe perfecti solum g. i. ep. 2. 4.
suum caput Ecclesiæ videlicet Dominum contemplando appetunt, sed deorsum quoque ad membra illius miserando descendunt. Quod videlicet Angeli ascendentēs & descendētēs demonstrant. Unde & Moyles crebrò tabernaculum intrat & exit, & quod intus in contemplationem rapitur, foris infirmantium negotiis urgetur. Intus Dei arcana confidat, foris onera carnalium portat: qui de rebus quoque dubiis semper ad tabernaculum recurrit, coram testamenti arca Dominum confusat: exemplum proculdubio rectoribus præbens, ut cum foris ambigunt, quid disponant, ad mentem semper quasi ad tabernaculum redeant, & velut coram testamenti arca Dominum consulant, si de his quibus dubitant apud semetipos, intus facili eloquij paginam requirant.

CAPUT LXIII.

De Lia & Rachel, quod Jacob pro Rachel Gen. 29. d
serviens prius Liam accepit.

Quidnam hisduabus Jacob uxoribus Lia vide- De con-
tempnativa
vita signatur?
licet, & Rachel, nisi activa & contemplativa vita signatur? Lia quippe interpretatur laboriosa: activaque Rachel verò ovis, vel visum principium. Activa vita, autem vita laboriosa est, quia desudat in opere: In expo. B.
Iob. lib. 6. c.
18. 25. in
contemplativa verò simplex ad solum videndum principium anhelat, videlicet ipsum qui ait: *Ego Ezech. 1. 2.
sum principium, propter quod & loquor vobis.* Beatus hom. 24.
nocte accepit Liam: quia videlicet omnis qui ad Deum Ioan. 8.

M m

minum convertitur, contemplativam vitam desiderat, quietem æternæ patriæ appetit. Sed prius necessitatis est ut in nocte vita præsentis operetur bona, quæ potest, desideret in labore, id est Liam accipiat, ut post ad videndum principium in Rachel amplexibus requiescat. Erat autem Rachel videns & sterilis, Lia autem lippa, sed fecunda: quia nimur mens cum contemplando otia appetit, plus videt, sed minus filios Deo generat: cum vero ad laborem se prædicationis dirigat, minus videt, sed amplius parit. Contemplativa vero vita speciosa est in animo, sed dum quiescere in silentio appetit, filios non generat ex predicatione. Viderit, & non parit: quia quietis sua studio minus se in aliorum collectione succedit, & quantum introsum apicit, aperire alii prædicando non sufficit. Lia vero lippa & fecunda est: quia activa vita dum occupatur in opere minus viderit, sed dum modò per verbum, modò per exemplum ad imitationem tuam proximos accedit, multos in bono opere filios generat. Et si in contemplatione mentem tenere non valet, ex eo tamen quod agit exterius, gignere sequaces valet. Post Lia ergo complexum ad Rachelem Jacob pervenit: quia perfectus quisque ante activa vita ad fœcunditatem jungitur, & post contemplativa ad requiem copulatur.

CAPUT LXIV.

Gen. 30. f. Tollens Jacob virgas populeas virides, & amygdalinas, & ex platanis, ex parte decorticavit eas, detracisque corticibus, in his quæ expoliata fuerant candor apparuit. Illa vero quæ integra erant, viridia permanserunt, atque in hunc modum color effetus est varius. Posuitque eas in canaliculis, in quibus effundebatur aqua, ut cum venissent greges ad bibendum, ante oculos haberent virgas, & in aspetu eorum conciperent. Factumque est ut ipso calore coitus, oves intuerentur virgas, & parerent maculosa & varia, & diverso colore respersa.

De per-
scrutandis
allegoriis
in historiis,
In expof. B.
Tob. lib. 21. c.
1. in princ. **I**n tellestus sacri eloquij inter textum & mysterium tanta est libratione pensandus, ut utriusque partis lance moderata, hunc neque nimis discussione pondus deprimat, neque rursum torpor incuria vacuum relinquit. Multæ quippe ejus sententia tanta allegoriarum conceptione sunt gravida, ut quisquis eas ad solam tenere historiam nititur, earum notitia per suam incuriam privetur. Nonnullæ vero ita exterioribus præceptis inserviunt, ut si quis eas subtilius penetrare desiderat, intus quidem nihil inveniat, sed hoc sibi etiam quod foris loquuntur abscondat: unde quoque bene narratione historica per significacionem dicitur. **T**ollens Jacob virgas populeas virides, & amygdalinas, & ex platanis, ex parte decorticavit eas, & reliqua. Quid est virgas virides & amygdalinas atque ex platanis ante oculos gregum ponere, nisi per scripturæ sacra seriem antiquorum patrum vitas atque sententias in exemplum populi præbere? Quia nimur quia juxta rationis examen recta sunt, virga nominantur. Quibus & ex parte corticem subrahit, ut in his quæ expoliantur intimus candor appareat, & ex parte corticem servat, ut sicut fuerant exterius, in viriditate permaneant: variusque virgarum color efficitur, dum cortex & ex parte subrahitur, & ex parte retinetur. Ante considerationis enim nostra oculos præcedentum patrum sententia quasi virga varia ponuntur: in quibus dum plerumque intellectum littera fugimus, quasi corticem subrahimus,

B & dum plerumque intellectum litteræ sequimur, quasi corticem servamus. Dumque ab ipsis cortex litteræ subducitur, allegoria candor interior demonstratur: & dum cortex relinquitur, exteriora intelligentia virienta exempla monstrantur. Quas bene Jacob in aquæ canaliculis posuit: quia & Redemptor noster in libris eas sacra scientia, quibus nos intrinsecus infundimur, fixit. Has apientes arietes cum ovibus coēunt: quia rationales nostri spiritus dum in earum intentione defixi sunt, singulis quibuscumque actionibus permiscentur, ut tales fœtus operum procreent, qualia exempla præcedentium in vocibus præceptorum vident, & diversum colorem proles boni operis habeat: quia & nonnunquam subtrahit litteræ cortice acutius interna considerat, & reservato nonnunquam historiæ tegmine bona in exterioribus format.

CAPUT LXV.
Laban qui persequens cum furore Jacob sua Gen. 31. apud cum idola requisivit.

Laban quippe interpretatur dealbatio: dealbatio De diabolis autem diabolus non inconvenienter accipitur, tentationibus, & Ecclesiæ virtutibus. Qui cum sit tenebrosus ex merito, transfigurat se in Angelum lucis. Huic servivit Jacob, id est ex parte reprobatorum Judaicæ populus, ex cuius carne incarnatus Dominus venit. Potest etiam per Laban mundus hic exprimi, qui cum furore Jacob persequitur: quia electos quoque, qui Redemptoris nostri membra sunt, persequendo opprimere conatur. Hujus filiam, id est, sive mundi sive diaboli Jacob abstulit, cum sibi Christus Ecclesiam ex gentilitate conjunxit: quam & de domo patris abstulit, qui ei per Prophetam dicit: *Obliviscere populum tuum, & domum patris tui.* Quid vero in idolis, nisi avaritia designatur: unde & per Paulum dicitur: *Et avaricia, quæ est idolorum servitus.* Laban ergo veniens apud Jacob idola non invenit: quia ostensis mundi thesauris, diabolus in Redemptore nostro vestigia concupiscentia terrena non reperit. Sed quia Jacob non habuit, ea Rachel sedendo cooperuit. Per Rachel quippe qua & ovis dicitur, Ecclesia figuratur. Sedere autem, est humilitatem penitentiae appetere, sicut scriptum est: *Surgite postquam federitis.* *Psal. 116.* Rachel ergo idola sedendo operuit: quia sancta Ecclesia Christum sequens terrena concupiscentia via penitentia texit. De hac cooptatione vitorum per Prophetam dicitur: *Beati quorum remissæ sunt iniuriae, & quorum testæ sunt peccata.* Nos igitur Rachel illa signavimus: qui idola sedendo premimus, sicutculi avariciæ penitendo damnamus. Quæ utique avaricia illis non solet evenire, qui in via Domini viriliter currunt, quibus dicitur: *Viriliter agite, & conformentur cor vestrum:* sed his maximè qui quasi effeminate gressu gradientes, per blandimenta sculpi resolvuntur, unde & illis ejusdem Rachellis haec verba sunt: *Iuxta consuetudinem feminarum nunc accidit mihi.* Apud Jacob ergo idola Laban non reperit: quia exactor callidus quid in Redemptore nostro reprehenderet non invenit.

CAPUT LXVI.

De luctatione Jacob cum Angelo.

Gen. 32. c.
MAgna est in contemplativa vita mentis contentatio, cum se se ad celestia erigit, cum in rebus spiritualibus animum tendit, cum transgredi tate contumelie omne quod corporaliter videtur, cum se se angustat, ut dilatet. Et aliquando quidem vincit, & reluctantes tenebras sua cæcitatibus exasperat: ut de incircumscripto lumine quiddam furcum & tenuiter attingat. Sed tamen ad temetiplam protinus rever-

berata revertitur, atque ab ea luce, ad quam respundo transit, ad suæ cætitatis tenebras suspirando atque lamentando redit. Quod bene sacra historia designat, quæ beatum Jacob cum Angelo luctatum narrat. Cùm enim ad parentes proprios rediret, in via Angelum invenit, eum quo in lucta magnum certamen habuit. Is enim qui certat in luctamine, aliquando superiorē se, aliquando verò eum, cum quo contendit, inferiorem invenit. Designat ergo Angelus Deum, & Jacob qui cum Angelo contentit uniuscūsque perfecti viri, & in contemplatione positi animam exprimit: quia videlicet anima, cùm contemplari Deum nittitur, velut in quadam certamine posita, modò quasi exuperat, quia intelligendo & sentiendo de incircumscripto lumine aliquid degustat: modò verò succumbit, quia & degustando iterum deficit. Quasi ergo vincitur Angelus, quando intellectu intimo apprehenditur Deus. Sed notandum quod idem vietus Angelus nervum femoris Jacob retigit, eamque marcescere statim fecit, atque ab eo tempore Jacob uno claudavit pede: quia scilicet omnipotens Deus cùm jam per desiderium, & intellectum cognoscitur, omnem in nobis voluntatem carnis arescat. Et qui prius quasi duobus pedibus innitentes, & Deum videbamus querere & sacerulum tenere, post agnitionem suavitatis Dei, unus in nobis pes sanus remanet, atque alias claudat: quia videlicet neceſſe est ut debilitato amore facili: solus in nobis amor convalescat Dei. Si ergo tenemus Angelum, uno claudamus pede: quia dum crescit in nobis fortitudo amoris intimi, infirmatur proculdubio fortitudo carnis. Omnis quippe qui uno pede claudicat, soli illi pedi innititur, quem sanum habet: quia & si cui desiderium terrenum jam arescatum fuerit, in solo pede amoris Dei tota virtute se sustinet, & in ipso stat: quia pedem amoris facili quem ponere in terra conſueverat, jam à terra suspensum portat. Et nos ergo si ad parentes proprios, id est ad spirituales patres redimus, teneamus in via Angelum, ut suavitate intima apprehendamus Deum. Contemplative etenim vita amabilis valde dulcedo est, que super semetipsum animum rapit, cælestia appetit, terrena autem debere esse contemptui ostendit, & spiritualia mentis oculis pafefacit, corporalia abscondit. Unde bene Ecclesia in Cantico Canticorum dicit: *Ego dormio, & cor meum vigilit.* Vigilanti enim corde dormit, qui per hoc quod interius contemplando proficit, à pravo foris opere quiescit.

CAPUT LXVII.

Item unde supra.

In expof. B. 10. 1. 4. c. 10. ante med. Dan. 8. **I**acob qui Angelum tenuit uno pede mox claudicavit: quia qui vero amore sublimia respicit, jam in hoc mundo duplicibus incedere desiderii nescit. Uno enim pede innititur, qui solo amore Dei roboratur. Et necesse est, ut alius marcescat: quia mens virtute crescente, oportet proculdubio ut carnis fortitudo torpescat. Unde & Propheta cùm visionem Dei compexisse se diceret, adjungit: *Elangui & agrestavi per dies plurimos:* quia cùm ad virtutem Dei mens stringitur, à fortitudine propria caro lassatur.

CAPUT LXVIII.

Gen. 32. 8 Vidi Dominum facie ad faciem, et salva facta est anima mea.

De visione Dei qualiter intellici dicens: Vidi Dominum facie ad faciem? Humanæ S. Greg. Tom. III.

A etenim mentis oculo interiori purgato, dum vitiorum omnium tribulationis igne ærugo fuerit concremata, tunc mundatis oculis cordis, illa lætitia *in expof. B. 10b, l. 24. c. 5.* patriæ cælestis aperitur: ut prius purgemuſ lugendo quod fecimus, & postmodum manifestius contemplum per gaudia, quod quæramus. Prius à mentis acie exurente tristitia interposta malorum caligo detergitur, & tunc resplendente raptim coruscatione incircumscrip̄ti luminis illustratur. Quo unctione confecto, in gaudium cujusdam securitatis absorbetur, & qua post defectum vita praefensis ultra se rapti aliquo modo in quadam novitate vita recreatur. Ibi mens ex immenso fonte infusione superni roris aspergitur, ubi non se sufficere ad id quod rapti est contemplatur, & veritatem sentiendo, videt, quia quanta est ipsa veritas non videt. Cui veritati tantò magis se longè existimat, quantò magis appropinquat: quia nisi illam utcumque conspiceret, nequaquam eam conspicere se non posse sentiret. Aditus ergo animi dum in illam intenditur, imminutissimæ ejus coruscante circumstantia reverberatur. Ipsa quippe cuncta implens, cuncta circunstat: & idcirco mens nostra nequaquam se ad comprehendendam incircumscrip̄tam substantiam dilatatur, quia eam inopia sua circumscriptionis angustat. Unde & ad semetipsum citius labitur, & prospexit quasi quibusdam veritatis vestigiis ad sua ima revo- catur. Hæc ipsa tamen per contemplationem facta, non solida & permanens visio, sed ut ita dixerim, quasi quædam visionis imitatio Dei facies dicitur. Quia enim per faciem quenlibet cognoscimus, non immerito cognitionem Dei faciem ejus vocamus. Hinc ergo Jacob postquam cum Angelo luctatus est, ait: *Vidi Dominum facie ad faciem,* ac si dicaret: *Cognovi Dominum: quia me cognoscere ipse dignatus est.* Quam cognitionem plenissimè fieri Paulus in fine testatur, dicens: *Tunc cognoscam si- cut & cognitus sum.*

CAPUT LXIX.

Egressa est Dina, ut videret mulieres regionis illius.

Gen. 34. 4.

Quam cùm videret Sichem filiu Emor Eveci De caven- princeps terra illius adamavit, & rapuit, & da mentis dormivit cumilla, vi opprimens virginem, & con- vagatione. glutinata est anima ejus cum ea, tristemque blandi- *In codice regula pœ- diu delinivit. Dina, ut mulieres videat alienæ re- foralitatis.* gionis, egreditur, quando unaquaque mens sua *par. cap. 18 admodum ha-* studia negligens, actiones alienas curans, extra ha- bitum atque extra ordinem proprium vagatur. Quam Sichem princeps terra opprimit, quia vi- delicit inventant in curis exterioribus diabolus cor- rumpit. Et conglutinata est anima ejus cum ea: quia unitam sibi per iniuriam respicit. Et quia cùm mens à culpa respicere atque admisum flere conatur, corruptor autem spes ac securitates vacuas ante oculos revocat, quatenus utilitatem tristitiae subtrahat, rectè illuc adjungitur: Tristemque blan- ditiis delinivit. Modò enim aliorum facta graviora, modò nihil esse quod perpetratum est, modò misericordem Dominum loquitur, modò adhuc tempus subsequens ad pœnitentiam pollicetur: ut dum per hæc deceptam mens ducitur, ab intentione pœnitentiae suspendatur, quatenus tunc bona nulla percipiatur, quam nunc mala nulla contristant, & tunc pleniū obrutus suppliciis, quæ nunc etiam gaudet in delictis.

CAPUT LXX.

*De talari tunica Iosephi.**Gen. 37. 1.*

Ioseph qui inter fratres undecim usque ad finem De perfe- justus perseverasse describitur, solus talarem tunici verando in

Mm ij

bono ope- cam habuisse perhibetur. Quid est ergo talaris tuni-
re.
In exp. B. ca, nisi actio consummata? quasi enim protensa tu-
nica talum corporis operit, cum bona actio ante Dei
Iob. 1. c. 21. lobus usque ad vitæ nos terminum regit. Unde &
Exod. 2. c. 20. per Moysem caudam bestiæ in altari offerri præcipi-
Levit. 3. tur, ut videlicet omne bonum cum incipimus, etiam
perseveranti fine compleamus.

C A P U T L X X I.

Gen. 37. Ecce somniator noster venit, venite occida-
mus eum, & videamus quid illi
proderunt somnia sua.

De perversis cogita-
tionibus re-
probarum
mentium.
In exp. B.

Iob. 1. 6. c. 12.

1 Cor. 3.

Psal. 37.

Sæpè nonnulli humana sapientia inflati, dum de-
sideriis suis divina iudicia contrae conspiciunt,
astutis eis reluctari machinationibus conantur, &
quod ad votum suum vim supernæ dispositionis in-
torqueant, callidis cogitationibus insistunt, subtili-
ora consilia exquirunt. Sed inde voluntatem Dei
peragunt, unde hanc immutare contendunt, atque
omnipotens Dei consilio dum resistere nituntur,
obsequantur: quia sèpè & hoc ejus dispositioni aptè
militat, quod ei per humanum studium frivolè re-
sultat, sicut scriptum est: *Qui comprehendit sapien-
tes in astutia eorum.* In astutia namque sua sapientes
comprehendit, quando ejus consilii humana facta,
etiam tunc congruè serviant, cum resistunt. Unde
& per Psalmistam dicitur: *Novit Dominus cogita-
tiones hominum, quoniam vane sunt.* Quod melius
ostendimus, si pauca ad medium gestarum rerum
exempla proferamus. Joseph somnum viderat,
quod suo manipulo fratrum ejus se manipuli pro-
sternebant: somnum viderat quod sol ac luna se
cum reliquis stellis adorabant. Quæ quia purè fra-
tribus retulit, eorum corda protinus futura damnationis
invidia pavorque percussit. Cumque ad se
hunc venire conspicerent, malitia sœvientes dixer-
unt: *Ecce somniator ille venit, venite occidamus
eum, & videamus quid illi proderunt somnia sua.* Cumque se ejus dominio subjici metuant, somniato-
rem in pectus deponunt, eumque Hismaëliis
transuentibus vendunt. Qui in Ægypto ductus, ser-
vituti subditus, luxuria accusatione damnatus, ca-
stitas merito adjutus, Prophætia iudicio crepus,
omni Ægypto prælatus est: per supernam verò fa-
pientiam providus, frumenta congesit, & futuro
periculo necessitatis obviavit. Cumque in orbem
fames inhorrui, de alimenteriorum preparatione
sollicitus, Jacob filios in Ægyptum misit, qui fru-
mentorum dispensatione præpositum Joseph nescien-
tes inveniunt, atque ut mererentur alimenta percipi-
bere, ejus dispensatorem compulsi sunt, pronis in
terram cervicibus adorare. Pensamus ergo quomo-
do cogitationes hominum in ipsa sua provisione
divina comprehendat. Ide ab eis Joseph venditus
fuerat, ne adorareretur: sed ideo est adoratus, quia
venditus. Astutè namque aliquid agere ausi sunt,
ut Dei consilium mutaretur: sed divino iudicio,
quod declinare conati sunt, retinendo servierunt.
Inde quippe coacti sunt Dei voluntatem peragere,
unde hanc moliti sunt astutè commutare. Sie sic di-
vinum consilium dum devitatur, impletur: sic hu-
mana sapientia dum reluctatur, comprehendit.
Timuerunt fratres ne Joseph super eos excresceret:
sed hoc quod divinitus dispositum fuerat, cavendo
actum est, ut eveniret. Humana ergo sapientia in
seipso comprehensa est, qua voluntati Dei unde per
intentionem restitit, inde ejus impletioni militavit.
Sic Saül dum David subiectum quotidiano succes-
cere virtutum successu consiperet, suam ei in con-
jugium filiam spopondit, atque in ejus dotem cen-
tum dari ab eo Philistinorum præputia petuit, ut
cum provocatus miles, ultra se ex crescere quereret,
inimicorum gladius traditus vitam finiret, sicut scri-

A ptum est: *Non habet necesse rex sponsalia, nisi tan-*
tim centum præputia Philistinorum, ut fiat ultio de
inimicis regis.

Porrò Saül cogitabat tradere David in manus Philistinorum, sed David dispositionis

intimæ favore roboratus, centum se dare perhibuit,

& ducenta præputia reportavit. Cujus nimirum ope-
ris Saül argumento superatus, superna providentia

in sapientia sua est consilio comprehensus: quia unde

sucrescentis militis vitam se extinguere creditit,

virtutis ejus gloriam inde cumulavit. Sed quia non

nunquam astutè se aliquid sapere etiam electi mo-

huntem, liber ad medium alium sapientem deducere,

& quo sinu interni consilij astutia mortalium

comprehenditur, demonstrare. Prudenter quippe

Jonas sapere voluit, cum ad prædicandam Ninive-
tona. 1.

B tarum pœnitentiam missus: quia electi gentibus

Judæam deseriri timuit, prædicationis officium im-

plere recusavit, navem petuit, fugere Tharsis ele-
git: sed protinus tempestas exoritur, fors mititur,

ut videlicet cognoscatur, cuius culpa mare turbetur.

Jonas in culpa reprehenditur, in profundum mergitur, Ceto sorbente devoratur, atque illius ge-

stante bellua pervenit, quod ire sponte contemptit.

Eccœ fugitivum Dei tempestas inventit, fors ligat,

mare fulcit, bellua includit: & quia auctoris voci

obedire renititur, ad locum quo missus fuerat, suo

reus carcere portatur. Jubente Deo ministrare homo

prophetiam noluit, aspirante Deo bellua Prophetam

vomuit. Intorquet ergo Deus prudentiam hominum ad ministerium suum, quando & hoc in

usum sue voluntatis redigit, per quod sibi voluntas

humana contradicit. Perscrutemur adhuc He-
bræorum sapientiam, & videamus quid providen-
do, aut quid prohibendo provocavit. Certè cum ad

D Redemptor nostrí miracula credentium turbam con-
flueret, cum sacerdotes populi invidiæ facibus ac-
censi mandum post eum ire cernerent, & procla-
marent, dicentes: *Videatis quia nihil proficimus? ecce*
mundus totus post eum abiit; ubi ab illo viante
concursum abscedunt, finire ejus potentiam

morte conati sunt, dicentes: *Expedit ut unus homo*
moriatur, & non tota gens pereat: sed Redemptoris

mors ad conjunctionem sui corporis, id est Eccle-
siae valuit, non ad separationem. Redegit ergo, &

hoc ad pieratis suis obsequium, quod contra illum

humana crudelitas exarsit. Jutus namque & miseri-

coris mortalium acta disponens, alia concedit pro-
pitius, alia permitit iratus, atque ea que permitit,

sic tolerat, ut hæc in sui consilij usum vertat. Unde

mrito modo fit, ut & quod sine voluntate Dei agi-
tur, voluntati Dei contrarium non sit: quia dum

in bonum usum mala facta vertuntur, ejus consilio

militant etiam, que ejus consilio repugnant. Hinc

per Psalmistam dicitur: *Magna opera Domini, ex-
psal. 110.*

quæsta in omnes voluntates ejus. Sic quippe ejus ope-

ra magna sunt, ut per omne quod ab hominibus

agitur, ejus voluntas exquiratur: nam sèpe inde

perficitur, unde repellit putabatur. Hinc rursus di-

E citur: *Omnia quæcumque voluit Dominus, fecit in ce-
lo & in terra.* Hinc Salomon ait: *Non est sapientia, Prov. 11.*

non est prudens, non est consilium contra Domini-

num. Restat ergo ut in cunctis que agimus, vim

superne voluntatis inquiramus: cui videlicet & co-

gnitæ, debet nostra actio devotè famulari, & quasi

ducem sui itineris persequi, ne ei etiam nolens fer-
iat, si hanc superbiens declinat. Vitari enim visu

perni consilij nequaquam potest, sed magna sibi

virtute hanc temperat, qui se sub ejus nutibus re-

frenat, eique sibi pondera levigat, qui hæc ex sub-
iecto cordis humero volens portat.



CAPUT LXXII.

Gen. 39. b *Ecce Dominus meus, omnibus mihi traditis,*
ignorat quid habet in domo sua, nec quid
quam est quod non in mea sit potestate.

In expof. B. *Q*uisquis mundi hujus successibus elevatus, le-
tab. l. 10. c. 9 nocinante cordis lætitia tentare se luxuria stimulis sentit, Joseph factum ad memoriam revocet, & in arce se castitatis servet. Qui dum sibi à dominina conspiceret pudicitiae damna suaderi, ait: Ecce dominus meus, omnibus mihi traditis, ignorat quid habet in domo sua, nec quidquam est quod non in mea sit potestate, vel non tradiderit mihi, præter te, quia uxor eius es. Quomodo ergo possum hoc malum facere, & peccare in dominum meum? Quibus verbis ostendit, quia bona quae assequuntur fuerat, repente memoria intulit, & malum quod pulsabat, evicit: & quia percepit gratia meminit, vim culpa imminentis frexit. Cum enim voluntas lubrica tentat in prospere aculeo tentationis opponenda: ut eò erubescamus prava committere, quod nos adeo meminimus gratuitò bona percipisse, & illatam gratiam exteriorum munierum vertamus in arma virtutum, ut fint ante oculos quæ percepimus, & queque nos illicunt, subigamus. Quia enim voluptas ipsa ex prosperitate nascitur, ejus prosperitas est consideratione ferienda: quatenus hostis noster unde oritur, inde moriatur. Considerandum quippe est, ne acceptum munus veritas in vitium, ne per favorem vite nos absorbeat vorago nequitiae. Iram namque contra nos superni judicis inextinguibiliter accendimus, si contra benignitatem illius etiam ex ipsa sua largitate pugnamus.

CAPUT LXXIII.

Gen. 39. c *At ille relicto in manus ejus pallio fugit, &*
egressus est foras.

De perman-
entia in Iu-
dorum
cordi us
velamine.
In expof. B. *C*um mulier adultera Joseph male uti voluisset, celicto pallio fugit foras: quia dum synagoga Dominum, putum hominem credens, quasi adulterino complexu constringere voluit: ipse tegmen litteræ ejus oculis reliquit, & ad cognoscendam suæ divinitatis potentiam, conspicuum se gentibus praebuit. Unde & Paulus dicit: *Visque hodie cum Moyses legitur, Moyses velamen est super cor eorum.* Quæ videlicet mulier adultera apud semetipsam palium retinuit, & quem male tenebat, nudum amisit.

CAPUT LXXIV.

Gen. 45. c *Intravit Iacob in Aegyptum cum animabus*
septuaginta.

In expof. B. *S*æpe sacra Scriptura partem pro toto ponere confluavit, sicut intravit Jacob in Aegyptum cum animabus. Quæ nimurum cum animas memorat, constat, quia intrantium corpora comprehendit.

CAPUT LXXV.

Gen. 45. c *Quod Aegyptij, Joseph gubernante, prius*
quam Pharaoni inopia jure serviti sub-
derentur, ad eum frumenta percepérunt:
postquam verò semetipso urgente fame in
famulos vendiderunt, tunc frumenta ad
semen acceperunt.

De remu-
neratione *A*gyptij servitio publico, Joseph dispensante, subjecti, cum juri regis semetiplos tradentes

A humiliant, frumenta etiam ad semen reportant, fixè D. o. Frugem quippe ad elum etiam liberi accipimus, levientiū. cùm & sacro eloquio paſcimur, & tamen ad quædam quæ in hoc mundo appetimus, in nostris voluptatibus vacamus. Sed servi facti & ad semen frumenta percipimus: quia dum plenè Deo subdimur, 16. circa jin. etiam verbo prædicationis replemur.

CAPUT LXXVI.

*I*sachar asinus fortis accubans inter terminos, *Gen. 49. b* nos, vidi: requiem quod est bona, & terram quod optima, et supposuit humerum ad portandum.

B Inter terminos accubare, est præstolato mundi fit. De gentili- In requiescere, nihilque de his, que nunc in me- tatis operi- dio versantur, querere, sed ultima desiderare. Et bus. *In* fortis asinus requiem ac terram optimam videt, cùm expofit. B. simplex gentilitas idcirco se ad robur boni operis erigit, quia ad æternæ vite patriam tendit. Quæ ad portandum humerum apponit, quia conspecta supera requie, præceptis etiam gravibus in operatione si subiicit, & quidquid intolerabile pusilla animitas asserit, hoc ei leve ac facile spes remunerationis of- tendit.

CAPUT LXXVII.

Fiat Dan coluber in via, cerasites in semita, *Gen. 49. c*
mordens unguis equi, ut cadat
ascensor ejus retro.

*Q*uid hoc loco equi nomine, nisi præsens secundum designatur: quo in testimonio quid equus significet, cuius unguis coluber mordet, melius ostendimus, si & ea quæ circumstant, paulò subtilius exponamus. Nonnulli enim de tribu Dan venire Antichristum ferunt, pro eo quod hoc loco Dan & 10. longe coluber asseritur, & mordens. Unde non immerit post med. dum Israëliticus populus terras in castrorum partitione suscipiter, primus Dan ad Aquilonem castramatus est, illum scilicet siphans, qui in corde suo dixerat: *Sedebo in monte testamenti in lateribus Aquilonis, ascendam super altitudinem nubium, similis ero Altissimo.* De quo & per Prophetam dicitur: *A Dan auditus est frenitus eorum ejus.* Qui non solùm coluber, sed etiam cerasites vocatur: cerasa enim græcæ cornua dicuntur. Serpens qui hic cornutus esse perhibetur, per quem dignè Antichristi adventus asseritur: quia contra vitam fidelium cum mortuæ pestifera prædicationis armatur etiam cornibus potestatis. Quis autem nesciat semitam angustiorem esse quam viam? Fit ergo Dan coluber in via, quia in præsentis vita latitudine eos ambulare provocat, quibus quasi pariendo blanditur: sed in via mordet; quia eos, quibus libertatem tribuit, erroris sui veneno confundit. Fit cerasites in semita: quia quos fideles reperit, & se se ad præcepti celestis angusta itinera constringentes, non solùm nequitia callida persuasione impedit, sed etiam terrore potestatis premit, & in persecutionis angore, post beneficia fictæ dulcedinis exercet cornua potestatis. Quo in loco equus hunc mundum insinuat, qui per elevationem suam in cursum labentium temporum spumat, & quia Antichristus extrema mundi apprehendere nitor, cerasites iste equi unguis mordere perhibetur: unguis quippe equi mordere, est extrema sæculi fieri contingere, ut cadat ascensor ejus retro. Ascensor equi est quicquid extollitur in dignitatibus mundi, qui retro cadere dicitur, & non in facie, sicut Saulus ecclisie memoratur. In facie enim cadere, est in hac vita sua unique inq; culpas cognoscere, easque poniendo deflere. Retro vero quo non

555

Gen. 49.
videtur cadere, est ex hac vita repente decedere, & A
ad quæ supplicia ducatur ignorare. Et quia Judæa
erroris sui laqueis capta pro Christo Antichristum
expectat, bene Jacob eodem loco repente in electo-
rum vocem conversus est, dicens: *Salutare tuum
expeditabo, Domine*, id est, non sicut infideles An-
tichristum, sed eum, qui in redemptionem nostram
venturus est, verum credo fideliter Christum.

CAPUT LXXVIII.

Item unde supra.

*De repro-
borum in-
teritu, &
lectorum
humilitate.
in commen-
Ezech. 1.1.
hom. 9.*
Verendum nobis est, cur Paulus pergens Da-
mascum superno illustratus lumine in faciem
cadit, & de ascensore equi, id est hujus mundi glo-
ria elato dicitur: Ut cadat ascensor ejus retro: quia
de persecutoribus Domini scriptum est: *Abiere re-
torsum, & cecidere in terram*. Quid est hoc quod
electi in faciem, & reprobi retrorsum cadunt, nisi
quod omnis, qui post se cadit, ibi proculdubio ca-
dit, ubi non videt? Iniqui ergo quia in invisibilibus
cadunt, post se cadere dicuntur, quia ibi corrunde
ubi quid eos sequitur modò videre non possunt. Ju-
sti vero, quia in istis visibilibus semetipsos sponte
dejiciunt, ut in invisibilibus erigantur, quasi in fa-
ciem cadunt, quia timore compuncti videntes hu-
miliantur.

CAPUT LXXIX.

*Benjamin lupus rapax manè comedit prædam,
& vesperè dividet spolia.*

*De perse-
cutione, &
doctrina
Pauli Apo-
stoli.
In exp. B.
Iob. 18. c. 9.*
Quis hoc loco Benjamin nomine, nisi Paulus
Apostolus designatur? de Benjamin stirpe ge-
nitus, qui manè comedit prædam: quia in primor-
diis suis fideles quos potuit rapiens, crudelitati pro-
priae satiisfecit: vesperè spolia dividit, quia fidelis
postmodum factus, sacra eloquia exponendo distri-
buit.

Finis Libri Genesis.

CAPITVL A LIBRI
EXODI.

1. *Quia timuerunt obſtrices Deum, adi-
cavit eis domos.*
2. *De Moysi quod occiso Aegyptio dum in de-
ſertum ſeceſſet viſionem vidit.*
3. *Item unde ſuprā de flamma in rubo.*
4. *Item unde ſuprā.*
5. *Quod plebi Iſraēlitice Chanaan terra pro-
mittitur.*
6. *Item unde ſuprā.*
7. *Quod Angelus, qui Moysi apparuiffe def-
cribitur, modo Angelus, modo Dominus
memoratur.*
8. *Quod Moyses ad liberandum populum mi-
fus eſt, cum Pharaon duris operibus ad op-
primendum fuerat excitatus.*
9. *De virga in colubrum versa.*
10. *Videat Dominus, & judicet quomodo fa-
tere fecisti odorem nostrum coram Phara-
one, & servis ejus.*
11. *Item unde ſuprā.*
12. *Ecce conſtitui te Deum Pharaonis.*
13. *Abominationes Aegyptiorum immolabimus*

Domino Deo noſtro.

14 Item unde ſuprā.

15 *Quod Aegyptus muſcarum plaga percuſſa
fit.*16 *Ventus urens levavit locuſtas.*17 *Induavit Dominus cor Pharaonis.*18 *De vasis aureis & argenteis ex Aegypto
ſublati.*19 *Sument de ſanguine agni, ac ponent ſa-
per utrumque poſtem.*20 *In primogenitum aſini mutabis ovem.*21 *Cum emiſit Pharaon populum, non eos edu-
xit Dominus per viam terre Philiſthium.*22 *Quod columnā, qua in eremo populum
præbat, per diem in nubem, & per no-
tem in ignem apparuit.*23 *Quid clamas ad me?*24 *De manna filiis Israel deſuper data.*25 *Manus Moysē erant graves.*26 *Quod legem datus Dominus in igne fu-
moque deſcendit.*27 *Quod Iſraēl verba Dei in monte audire
non valens, præcepta in campeſtribus ac-
cepit.*28 *Quod Moyses ascendit, & Dominus in
monte deſcendit.*29 *Stetit populus de longe, Moyses autem
acceſſit ad caliginem, in qua erat Domi-
nus.*30 *Altare de terra facietis.*31 *Si emeris ſervum Hebraūm; ſex annis
ſerviet tibi, in ſeptimo egredietur li-
ber.*32 *Si quis aperuerit cifternam, & non ope-
ruerit eam.*33 *Cum debet tibi quidpiam frater tuus, cum
abſtuleris pignus ab eo, ante occaſum pi-
gnus reſtitue.*34 *Quod Moyses accepturus legem in mon-
tem ascendit.*35 *Facies quatuor circulos aureos, quos pones
per quatuor partes anguli.*36 *Duos quoque Cherubim aureos, & produ-
ctiles facies ex utraque parte oraculi.*

37 Item unde ſuprā.

38 *Parabis & acetabula, ac phialas, turi-
bula, & cyathos.*

39 Item unde ſuprā.

40 *Facies & candelabrum duſtile ex auro
mundiſimo.*41 *De decem cortinis tabernaculi, & sagis
ciličinis xi.*

42 Item unde ſuprā.

43 *Quod cum Dominus tabernaculi tabulas
erigi præcepit, fundi earum bases argen-
teas jubet.*44 *Quod columnarum quatuor eſſe bases ar-
gentreas præcepit.*45 *Quod conſtructione tabernaculi ut colum-
na argentea interius ſtarent, paxillos eri-
gi per circumutum exterius iuſti ſunt.*46 *Facies et humerale de auro, & hyacin-
tho, ac purpura.*47 *Rationale judicij facies opere polymi-
to.*